



Anno 1598

Anno domini 1598
Charum hunc hanc
Ja salt vortale

Mens pia, mens hilaris, virtutis et
artis amatric.


Ha sunt dicitia, quas studioso habet.

Princip, prolix, an Aristig, vund from
Das mindt dor. Andantun zichtig
Sicme verum.

Item vund fraig, an Armet darong
Nest vund vund vund gult
Konnt gin guttar gesell dury der
vondt. Ist vundig vail, So der Ar
gof, was ich will. Ist armig nu
Er. So vund Ich nu gro vor Gar
Ist, was gar ist. Dvinct was klar
Lip. Lndt was vair ist. Last nu
gugligar nu nu ist. So vund su
vur du dist.

Da ist Gott vund gluck
Seze Ich meine go Arming
duck.





SENTENTI- ARVM INSIGNIORVM

THESAURVS, EX M. T. CICERONE
eloquentiæ principe collectus, in Locos communes
digestus, & libris quatuor comprehensus,

PETRI LAGNERII

Compendiensiſ opera.

Additi ſunt præterealibri duo, quos cogno-
ſce ex pagina uerſa.

Item Index geminus, alter rerum & uerbo-
rum copioſiſ. alter auctorum ueterum, quo-
rum dicta paſſim citat Cicero.

Antonius
me iure
emptus
17. Aſe
ris.



Bavelingh
poſſidet.

926

Ad editionem Venetam

Duffeldorpij excudebant Oridryus & Buya-
ſius Affines, Anno 1562.

20 Ser. Lat. 506 [Schynker]

VD16

continentur hoc opere

Sententiae generales lib. j.

Apophthegmata lib. ij.

Parabola seu Similia lib. iij.

Piae sententiae lib. iij

Sententiae variorum auct.

Appendix ex Apophtheg. Eras. } lib. v.

Sententiae et similia ex Demost. }

De doctrina Philosophorum }

Iacotij Vandoperani docta com. } lib. vj.

mentatio ex Cicerone. }

32.1819



Typographi Studiosis elo- quentiæ, S.



T VOBIS probaremus adolescentes studiosi, ni-
hil nos habere quidquam antiquius, quam ut uestris
utilitatibus, labore nostro typographico seruiamus,
ut opibus eloquentiæ uos sedulo augeamus, et alte-
rum uobis Thesaurum ad eam rem ualde accommodatum, exhi-
bemus. Dedimus enim nuper eum, quem contextendarum epi-
stolarum uocant; nunc damus, quem insigniorum sententiarum
thesaurum optimè quoque inscribi posse iudicauimus. Ex hoc
utroque ad eloquentiam, qua nihil laudabilius uel præstantius,
bene constituendam, & magnas opes colligetis, & firma præsi-
dia parabitis. Eloquētia enim quoniam uerbis debet esse gran-
dis, sententijs sapiens, utroque genere grauis, ex altero quidem
puras ac certas loquendi formulas ac phrasas, tanquam pictura
tos flosculos decerpētis: ex hoc uero prudentes, graues & qui-
buslibet rebus accommodatas sententijs quasi clarissimas gem-
mas eruetis. quibus dum uostræ exercitia & epistolaria & de-
clamatoria illuminabitis, maximam ijs cum uenustatem tum di-
gnitatem afferetis. Hos itaque Thesauros tam pretiosos in
unum quasi corpus simul colligatos, in sinu semper gestate, uo-
biscum circunferete, & ut auari solent pecuniarum suarum the-
sauros, assidue perlustrate, uoluite, reuoluite, numerate: ut tan-
dem nulla usquam subsit moneta, quā non in numerato ac prom-
ptu habeatis. Quod ut maiore cum auiditate faceretis, prio-
res nos hunc totum censum ita percensuimus, ut quidquid alio-
rum impressorum incuria subrepsisset adulterinum, magna cu-
ra adhibita, sustulerimus. ea diligentia omnem rubiginem prius
contractam defricuimus, ut nihil in eo tale reliquū esse factum
existimemus. Quam operam, si paruo ære redimentes, uo-
bis non ingrati esse testabimini, & nos uicissim fru-
ctum illius operæ & maximum & uberrimum a
uobis percepisse, confitebimur. Valete.

A ij

PETRVS

PETRVS LAGNERIVS
LECTORI.



VVM omnis oratio sententijs
quàm uerbis debeat esse ornati-
or, sitq; elaborandum magis, ut
sententiarum grauitate, quam lu-
ce uerborum commendetur ora-
tio: istud ego ferre diutius non
potui, cum tam multi lectioni Ciceronianæ et dictio-
ni essent additi, illustres eius sententias negligi: cū
nō modo bene dicendi, sed multo etiā magis bene ui-
uendi ratio ab auctoribus petenda sit. Non enim no-
bis acuenda solum, aut procudenda lingua est, sed
complendum etiam pectus plurimarum grauisima-
rumq; artium cognitione & scientia, ne strepitus
ille uerborum, uel ornatissimorum, & sonitus inanis
rideatur. Vt enim non admodum capitur legentis
animus sententiarū subtilitate, si est orationis sic-
citas: sic nec flumine inanium uerborum admodum
commouetur, ubi nulla subest sententia. Præclarè
igitur & grauitè Cicero, Compositè & aptè sine
sententijs dicere, insania est: sententiosè autem sine
uerborum ordine & modo, infantia. Nos itaq; cū ui-
deremus quā plurimos plurima esse conatos, quibus
ad Ciceronis lectionē excitetur magis, et inuitetur
iuuētus: nec hoc quidem alienū studijs nostris duxi-
mus, aliquot tibi ex eo auctore sententias seligere,
quibus

ERIVS
atio sententijs
at esse ornatu
dam magis, ut
itate, quam lu
mendetur ora
re diutius non
niane et dictio
nas negligi: cū
magis bene ui
Non enim no
lingua est, sed
um grauißima
, ne strepitus
sonitus inanis
ditur legentis
orationis fici
ram admodum
ia. Preclare
e apte sine
se autem sine
Nos itaq; cū
onatos, quibus
s, et inuitetur
s nostris duxi
nias seligere,
quibus

quibus tanquam stellis notaretur & illuminaretur oratio tua. Habes etiam à nobis eadem cura & studio, selecta illustriū & clarorum uirorum Apophthegmata, Similia, & Parabolas aliquot: etiam eas Sententias, quæ nobis proxime ad pietatem, religionemq; Christianam uidebantur accedere. Quæ nos omnia raptim, diligenter tamen, collegimus: multa etiam consultò omisimus, ne auctorem ipsum potius transcripsisse, quàm ex præcipuis, quæ præcipua essent, selegisse uideamur: aliquid non nunquam, sed rarò, addentes de nostro, interdum etiam nonnihil immutantes, quò tibi plenior esset & apertior oratio. Hunc nostrum qualemcunq; laborem si probari audierimus, magnum satis ac uberem fructum nostrorum laborum percepisse uidebimur, ad grauiora etiam fortasse excitabimur. Vale.

AD EVNDEM.

Ne nos idem sæpius repetamus, quod pluribus locis commodissimè possumus, id in eum locum, qui maxime proprius uidetur, reiecimus, adiecto Sēntentiarum, Apophthegmatum, Similium, & piarum sententiarum numero. Atq; ne eadem sæpius referamus, quæ in Apophthegmata & Similia plenissimè contulimus, adiecto principio, quod reliquum est, suo loco disquirendum reliquimus. Iterum Vale.

6
M. T. C I C E R O N I S
S E N T E N T I A R V M
L I B E R I.

De Deo, eiusq; natura. I



DIIS immortalibus sunt nobis
agendi capienda primordia. 2.
de Legib.

Omniū rerum à Dijs immor-
talibus principia ducuntur. In
Vatinium testem.

Plato epistola VIII.

Deus est qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui
præuidet, qui regit & moderatur, & est æternus.
In Somn. Scipion.

Ea est Dei uita, qua nihil beatius, nihil omnino
bonis omnibus affluētius cogitari potest. nihil enim
agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla ope-
ra molitur: sua potentia & uirtute gaudet, habet
exploratum fore se semper, cum in maximis, tum in
æternis uoluptatibus. I. de Nat. deor.

Ista est Epicuri sententia, quam exponit Velleius, refellit
Cotta I. de Nat. deor.

In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui guberna-
nat, qui cursum astrorum, qui mutationes tem-
porum, rerum uicissitudines, ordinesq; c onseruat,
terras & maria contemplan, hominum commo-

da uia

da uitasq; tuctur. 1. de Nat. deor.

De hominibus nulla gens est, neq; tā immāsuetā:
neq; tam ferrea, quæ nō, etiamsi ignoret qualem De
um habere deceat, tamen habendum sciat. 1. de Leg.

Omnibus innatum est, & quasi insculptum, esse
Deos. 2. de Nat. deor.

Quid potest esse tam apertum, tamq; perspicua
um, cum cælum conspeximus, cælestiaq; contempla
ti sumus, quā esse aliquod numen præstantissimæ
mentis, quo hæc regantur?

Quis est tam uecors, qui cū suspexerit in cælum,
Deos esse nō sentiat: et ea quæ tanta mente fiunt, ut
uix quisquā arte ulla ordinem rerū atq; uicissitudi
nem persequi possit, casu fieri putet? de Resp. Aru.

Dij semper fuerunt, nati nunquam sunt, æterni
sunt futuri. 1. de Nat. deor.

Deum agnoscimus ex operibus eius. 1. Tusc.

Commoda quibus utimur, lucem qua fruimur,
spiritum quem ducimus, à Deo nobis dari & impar
tiri uidemus. Pro Rosc. Amer.

Diagoras. 3. de Nat. deor. In Apophth. 31.

Illud uideto, ut Deum noris, etsi ignores & lo
cum & faciem. 1. Tusc.

Firmissimum hoc adferri uidetur cur deos esse
credamus, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium
tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deo
rum opinio. 1. Tuscul.

Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi nō potest, nisi mens soluta quædā et libera, et segregata ab omni cōcretione mortali, omnia sentiēs & mouens, ipsa q̄; prædita motu sempiterno. I. Tus.

Cum ipsa natura magnam homini facultatem dederit; tamen Deus esse putatur, ut & ipsum quod est hominum proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum uideatur. I. de Orat.

Nemo magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit. II. de Nat. Deor.

Nihil est quod Deus efficere non possit, & quidem sine labore ullo. III. de Nat. Deor.

Vt hominum membra. 3. de Nat. Deo. In Simil. I.

Sit hoc à principio persuasum hominib. dominos esse omnium rerum ac moderatores Deos, ea q̄; quæ gerantur, eorū geri ditione atq; numine, eos q̄; optime de genere hominum mereri: & qualis quisq; sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intueri, piorum q̄; & impiorum habere rationem. II. de Leg.

Thales qui sapiētissimus. 2. de Leg. In Apoph. 28

Deorum prouidentia mundus administratur, ijdem q̄; consulunt rebus humanis, neq; solum uniuersis, uerum etiam singulis. I. de Diuin.

Deorum prouidentia mundus administratur. II. de Nat. Deor.

Mala & impia consuetudo est contra Deos disputandi,

spatandi, siue ex animo hoc fiat, siue simulate. 2. de
Nat. Deor.

Homini de potestate Deorum timide, & pauca
dicenda sunt. Pro Leg. Manil.

Cum a Simonide. 1. de Nat. Deor. In Apoph. 30.

Nihil est illi principi Deo, qui omnem hunc mun-
dum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius,
quam concilia cœtusq; hominum, quæ ciuitates ap-
pellantur. In Som. Scip.

Obscurum Deo nihil potest esse. 3. de Nat. Deo.

Ignorare Deus non potest, qua quisq; mente sit.
2. de Diuinat.

Immortalia parentibus, omnia dijs immortalibus
debemus. Post red. ad senat.

Dijs immortalibus nos primum natura conciliat.
De resp. Arusp.

Prima officia Dijs immortalibus debentur. 1. Offi.

Donis impij ne placare audeant Deos, Platonem
audiant, qui uetat dubitare, qua sit mente futurus
Deus, cum uir nemo bonus ab improbo se donari ue-
lit. 2. de Legib.

Cum multum animus præstet, &c. 2. de Legib.
In pijs Sentent. 22.

Pietas grata est Deo, sumptus, &c. 2. de Legib.
In pijs Sentent. 19.

Natura dux optima. 2.

NATURA dux optima. Cato Maior.

A 5 Mater

Mater rerum omnium natura. Paradox. 1.

Omnium est natura communis. 5. de Finib.

Sua cuiusq; animantis natura est. 5. de Finib.

Sua cuiq; natura est ad uiuendū dux. 5. de Finib.

Multis signis natura declarat quid uelit, ac querat ac desideret: obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea, que ab ea monemur, audimus. Lælius.

Facile indicat natura uim suam, cum homines quod facere ipsi non possunt, id recte in altero fieri iudicant. Lælius.

Si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri & perspicere, eademq; optima duce cursum uitæ conficere possemus: haud erat sanè, quod quisquam rationem ac doctrinā requireret, cum natura sufficeret. Nunc uerò paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusq; deprauatis sic restringimus, ut nusquam naturæ lumē appareat. Sunt enim ingenijs nostris semina innata uirtutum, quæ si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam uitam natura perduceret. Nunc aut simulatq; editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo prauitate uersamur, ut penè cū lacte nutricis errorem sxisse uideamur. Cū uerò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita uarijs imbuimur erroribus, ut uanitati ueritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.. 3. Tuscul.

A natura ipsa desciscimus, ut nobis optimam naturam

turam

turam inuidisse uideamur. 3. Tuscul.

Omnes natura duce uehimur. 1. de Nat. deor.

Natura duce errari nullo modo potest. 1. de Leg.

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. 3. Officior.

Naturam ducem si sequamur, nunquam aberrabimus. 1. Officiorum.

Nos naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum auriumq; comprobatione fugiamus. 1. Offic.

Omnia quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ asciscit, in bonis. 1. Tuscul.

Quicquid homini naturaliter insitum est, eo uti decet: et quidquid agat, agere pro uiribus. Ca. Maior.

Omnia quæ secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. Cato Maior.

Nihil censeamus esse malum, quod sit à natura datum hominibus. 1. Tusc.

Nihil in malis ducamus, quod sit uel à dijs immortalibus, uel à natura parente omnium constitutum. 1. Tuscul.

Nihil est aliud gigantum more pugnare cum dijs, quam naturæ repugnare. Cato Maior.

Omnia bonum appetunt, seq; & sua diligunt.

SE IPSOS omnes natura diligunt. 3. de Finib.

Omnis natura est diligens sui. 4. de Finib.

Omnis

Omnis natura est conseruatric sui. 5. de Finib.

Omne animal simulatq; est ortū, applicatur ad se diligendū, estq; in se conseruādo occupatū. 4. de Fi.

Omne animal ipsum sibi cōmendatū est, ut se & saluū in suo genere, incolumeq; esse uelit. 4. de Fin.

Omne animal seipsum diligit: ac simul ut ortum est, ita agit, se ut conseruet. 4. de Finib.

Omne animal simul ut ortum est, & seipsum, et omnes partes suas diligit. 2. de Fin.

Omnis natura uult esse conseruatric sui, & ut salua sit, & in genere conseruetur suo. 4. de Fin.

Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, uitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ ei nocitura uidentur, omniaq; quæ sunt ad uiuendum necessaria, inquirat & paret, ut pastum ac latibula. 1. Offic.

Est non scripta sed nata lex, quā non didicimus, accepimus, legimus: uerum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut si uita nostra in aliquas insidias, si in uim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Pro Milone.

Hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnē semper uim, quacunq; ope possent, à corpore, à capite, à uita sua propulsarent. Pro Milone.

Natus

Natura omnes ea quæ bona uidentur, sequuntur,
fugiuntq; contraria. 4. Tusc.

Vt bona natura appetimus, sic à malis natura de-
clinamus. 4. Tusc.

Appetuntur ea quæ secundum naturam sunt, de-
clinanturq; cõtraria: & omne animal appetit quæ-
dam, & fugit à quibusdam. 3. de Nat. Deor.

Omnes malunt sibi esse rectè,
quam alteri. 4.

NEMO est tam demens, tamq; parum de se cogi-
tans, qui alienam uitam magis quàm suam diligat.
Orat. in Vat.

Sibi ut quisq; malit quod ad uitæ usum pertinet,
quàm alteri acquirere, concessum est, non repu-
gnante natura. 3. Offic.

Nostræ utilitates nobis omittendæ nõ sunt, alijsq;
tradendæ. 3. Offic.

Qui multorum custodem se profitetur, eum sa-
pientes sui primũ capitis aiunt custodem esse oportere. Philip. 12.

Nemo ferè est, qui sui periculi iudex, non sibi se
æquiores, quàm reo præbeat. Pro Deiotaro.

Tibi potius, quàm cuius sis amicus. Cicero Do-
labelle, lib. 9, epist. famil.

Et nos, liberos: & feræ, partus
suos diligunt. 5.

COMMUNE omnium animantium est, coniun-
ctionis

Etionis appetitus procreandi caussa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. 1. Offic.

A natura ipsa, ut eos quos genuerimus, amemus, impellimur. 3. de Finib.

Bestiæ pro suo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident. 5. Tuscul.

Feræ partus suos diligunt, & nos in liberos nostros uti debemus indulgentia. 2. de Orat.

Id natura tributum est, ut ij qui procreati essent, à procreatoribus amarentur. 4. de Finib.

Nihil dulcius hominum generi à natura datum est, quam sui cuiq; liberi. Post red. ad Quirit.

Nihil nobis natura iucundius, nihil carius esse uoluit, nihil dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaq; consumatur. Quare dū habemus paruos liberos, et incertum est, quàm longa nostrum eiusq; uita futura sit: consulere uiui, ac prospicere debemus, ut illorum solitudo, & pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit. 3. Act. in Ver.

Is pater est amens, qui odit eum sine caussa, quæ procreauit. Pro Cluentio.

Non est boni, neq; liberalis parentis, quem procrearit & eduxerit, eum non uestire & ornare, præsertim cum se locupletem esse negare non possit. 11. de Oratore.

Nullum est nomē amantius indulgentiusq;, quàm maternum. Pro Cluent. Sunt

Sunt obseruandi parentes nō violandi. 6

PARENTES carissimos habere debemus, quod ab his uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. Post red. ad senat.

Parentibus nos primum natura conciliat: quos non alere, nefarium est. De resp. Arusp.

Cuiusmodicunq; mater sit, tamē in iudicio filij, de turpitudine parentis dici uix oportet. Pro Clu.

Non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam equo animo ferre oportet. Pro Cluent.

Magnā uim, magnam necessitatē, magnam possidet religionē paternus maternusq; sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, uerū usq; eō permanat ad animum ut summus furor atq; amentia consequatur. Pro Ros. Amer.

Vim neq; parenti, neq; patrie afferre oportet. Cicero Lentulo, epist. Famil. lib. 1.

Peccatum est parentes uiolare. 3. de Finib.

Magna est uis humanitatis: multū ualet communitio sanguinis. portentū atq; monstrum certissimum est, esse aliquē humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias uicerit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissimē luce priuarit: cū etiam feras inter sese partus atq; educatio, & natura ipsa conciliet. Pro Rosc. Amer.

Nullum supplicium satis acre reperiri potest in eum, qui mortem obtulerit parenti: pro quo mori
ipsius

ipsum, res si postularet, iura diuina atq; humana postulant. Pro Rosc. Amer.

Nemo parricidæ supplicio, misericordia commouetur. 4. Tusc.

Maiores nostri cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando uiolaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitarunt: ut quos natura ipsa retinere in officio non posset, ijs magnitudine pœnæ maleficio submouerentur. insui uoluerunt in culeum uiuos, atq; ita in flumen deijci. Atq; uidentur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente celum, solem, aquam terramq; ademerunt: ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestiis quoq; quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur. non sic nudos in flumen deijcere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera quæ uiolata sunt, expiari putantur. Deniq; nihil tam uile, neq; tam uulgare est, cuius partem ullam reliquerint. etenim quid tam est commune, quam spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eietis? ita uiuunt dum possunt, ut ducere animam de celo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremo eijciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Pro Rosc. Amer.

Solon,

Solon, cum interrogaretur. Pro Roscio Amer. in
Apophtheg. 34.

Omnes discendi studio tenentur. 7

TANTVS est innatus in nobis cognitionis amor
et scientiæ, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res
hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur.
Videmus ne ut pueri ne uerberibus quidem à con-
templandis rebus, perquirendisq; deterreantur, aut
pulsati requirant, et aliquid se scire gaudeant, ut alijs
narrare gestiant? Quid uerò, qui ingenuis studijs
atq; artibus ita delectantur, ut nec uoletudinis, nec rei
familiaris habeant rationem: omniaq; perpeti ipsa co-
gnitione et scientia captos, et cum maximis curis,
et cum laboribus compensare eam, quam ex discen-
do capiant uoluptatem? 5. de Finib.

Est insita quædam, uel potius innata cupiditas sci-
entiæ: natiq; sumus ad congregationem, ad societatem,
ad communitatemq; generis humani. 4. de finib.

Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et
scientiæ cupiditatem, in qua excellere, pulchrum pi-
tamus: labi autem et errare, nescire et decipi, et ma-
lum, et turpe ducimus. 1. Offic.

Cum sumus necessarijs negotijs curisq; uacui, tum
auemus aliquid uidere, audire, discere: cognitioneq;
rerum aut occultarum, aut admirabiliū ad bene bea-
teq; uiuendum necessariam ducimus. 1. Offic.

Fictas fabulas, è quibus utilitas nulla duci potest,

B

CUM

cum uoluptate legimus. Quid? uolumus nomina eorum qui quid gesserunt, nota nobis esse, parentes, patriam, multa præterea nõ necessaria. Quid? homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices denique delectantur historia, maximeq; eos uidere possumus res gestas audire & legere uelle, qui à spe gerendi, absunt, confecti senectute. §. de Finib.

In ipsis rebus quæ discuntur & cognoscuntur, inuitamenta insunt, quibus ad discendum, cognoscendumq; mouemur. §. de Finib.

Nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse nolit. De opt. gen. Orat.

Optimus & grauisimus quisq; confitetur, se multa ignorare, & multa sibi etiam atq; etiam esse discenda. 3. Tusc.

Omnia scire cuiusmodi sint cupere, curiosum est: duci uerò maiorum rerum contemplatione, summorum uirorum est putandum. §. de Finib.

Tu quam sit homo litterarum cupidus, quinto de Finibus leges uberius.

Quam certa sint sensuum iudicia.

SENSVVM ita clara iudicia & certa sunt, ut si optio naturæ nostræ detur, & ab ea Deus aliquis requirat, cõtenta ne sit suis integris incorruptisq; sensibus, an postulet melius aliquid, non uideam quid quærat amplius. 2. Acad.

Littera^a

ARTES uirtutis sunt magistrae. 4. ad Heren.

Suauitate scientiae nihil est homini iucundius. 3. de Oratore.

Scientia, nulla res est praestantior. 2. de Nat. deor.

Si ex litteris delectatio tantum peteretur, tamen hanc animaduersionem, humanissimam et liberalissimam iudicarem. nam ceterae neque temporum sunt, neque aetatum omnium, neque locorum. Haec studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis per fugium ac solatium praebent: delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. quod si ipsi neque attingere, neque sensu nostro gustare possumus, tamen ea mirari debemus, etiam cum in alijs uideamus. Pro Arch.

Studijs ac litteris res secundae ornantur, aduersae adiuuantur. Ad Luceium. 5. Famil.

An ullum putas fieri posse ciuem egregium, qui non sit ijs eloquentiae artibus & bonis disciplinis eruditus? An ulla alia esse putas rudimenta, & incunabula uirtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Resp. in Sal.

Vt ager quamuis fertilis. 2. Tusc. in Simil. 35.

Multi cum in potestate essent hostium ac tyrannorum: multi cum in custodia, multi in exilio, dolorem suum doctrinae studijs leuarunt. 5. de Finib.

Litterae posteritatis causa repertae sunt, quae obli-

uioni subsidio esse possent. Pro Sylla.

Exempla omnia iacerent in tenebris, nisi litterarum lumen accederet. Pro Arch. poeta.

Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm poetæ uersu seminari potest. I. de Legib.

Alexander cum in Sigæo. Pro Archia poeta. In Apophtheg. 78.

Non tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. Orat. ad Brut.

Nescire quid antea quàm natus sis, acciderit, id est, semper esse puerum. Orat. ad Brut.

Præclarum mihi uidetur adeptus is, qui quare homines bestijs præstant, ea in re hominibus ipsis antecellat. I. de Inuent.

Plato tum deniq; epist. ad Qu. fra. in Apophth. 7.

Bias, cuius cum patriam. I. Para. in Apophth. 65.

Quis in eo summe elaborandum non arbitretur, ut quo uno homines bestijs præstant, in hoc hominibus ipsis antecellat? I. de Orat.

Artes coniunctæ.

9

OMNES artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent cōmune quoddam uinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Pro Arch. poeta.

Omnis ingenuarum & humanarum artium doctrina, uno quodam societatis uinculo continetur. 3. de Oratore.

Ceteræ artes sese ipsæ per se tuentur singulæ. 2. de Orat.

Non

Non est in litteris desperandum.

10

QVIBVS natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut his quæ habeant, modicè & scienter utantur, ut ne dedebeat. 1. de Orat.

Nihil est quod quisquam magnitudinem artiũ, ex eo quòd senes discunt, pertimescat: namque aut senes ad eas accesserunt, aut usque ad senectutem in studijs detinentur, aut sunt tardissimi. 3. de Orat.

Litteræ discuntur facile, si & tantum sumas, quantum opus sit, & habeas qui docere fideliter possit, et scias ipse etiam discere: ita ut facilis usus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria, studiumq; permaneat. 3. de Orat.

Non est interdictum aut à rerum natura, aut à lege aliqua, atq; more, ut singulis hominibus ne amplius quàm singulas artes nosse liceat. 1. de Orat.

Interest magni eius, qui discere uult, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse. si enim putabit, omnia posse penes unũ consistere, ipse quoq; ad omniũ nitetur facultatem: si is desperabit, in paucis se exercebit: ipsis enim contentus erit. 3. de Orat.

Multi sunt, qui desperatione debilitati, experiri id nolunt, quod se assequi posse diffidunt: sed par est omnes omnia experiri, qui res magnas, & magnopere expetendas concipiunt. Quod si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij uis deficiet, aut minus

B 3

instru

instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum, quem poterit. prima enim sequentem, honestū est in secundis, tertijsq; consistere. Non enim in poetis Homero soli locus est, aut Archilochō, aut Sophocli, aut Pindaro. Nec uerò Aristotelē in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia ceterorum studia restinxit. Nec solum ab optimis studijs excellentes uiri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis remouerunt, qui aut Ialysi non potuerūt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari: nec simulachro Iouis Olympij, aut Doryphori statua deterriti reliqui, minus experti sunt quid efficere, aut quo progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cuiusq; genere laus, ut cum summa miremur, inferiora tamen probemus. In oratoribus uerò, græcis quidem, admirabile est quantū inter omnes unus excellat. Attamen, cū esset Demosthenes, multi oratores magni & clari fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Quare non est, cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. nam neq; illud ipsum quod est optimum, desperandum est: & in præstantibus rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. In Orat.

Natura nulla est, quæ non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consi-
mili

mili laude dignentur. 3. de Orat.

Non dubium est, quin multi, cum ita nati essent, ut quaedam contra naturam deprauata haberent, restituerentur et corrigerentur à natura, cum se ipsa reuocasset, aut arte aut medicina: aut quorum lingue sic inhererent, ut eloqui non possent, hæc scalpello resectæ liberarentur. Multi etiam naturæ uitium meditatione atq; exercitatione sustulerunt: ut Demosthenem scribit Phalereus, cum dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissimè diceret. 2. de Diuin.

In Demosthene tantum studium fuisse, tantusq; labor dicitur, ut primū impedimenta naturæ, industria diligentiaq; superaret: cumq; ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur. Deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est consecutus, ut una continuatione uerborum, binæ ei cōtentiones uocis & remissiones continerentur. Quinetiam, ut memoriæ proditū est, coniectis in os calculis, summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciare consuecebat: neq; is consistens in loco, sed inambulans, atq; ascensu ingrediens arduo. 1. de Orat.

Nihil est, quod longinquitas temporis efficere nō possit. 1. de Diuinat.

Querendi defatigatio turpis est, cum id quod queritur, sit pulcherrimum. 2. de Finib.

Non est consentaneum, ullam honestam rem, actionemue, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quòd si curam fugimus, uirtus fugienda est, quæ necesse est ut cum aliqua cura, res sibi cõtrarias aspernetur, atq; oderit: ut bonitas malitiã, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Lælius.

Sine studio & ardore quodam amoris, in uita nihil quidquam fit egregium. 1. de Orat.

Diligentia in omnibus rebus plurimum ualet: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur: qua una uirtute omnes reliquæ uirtutes continentur. 2. de Orat.

Parum ualet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. 3. ad Heren.

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina, & quæ non optima, acui tamen aliquo modo & corrigi possunt. 1. de Orat.

In omni disciplina infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis. 3. ad Heren.

Nulla ars litteris sine interprete, et sine aliqua exercitatione percipi potest. Cic. Treb. Fam. epist. 7.

Studia nihil prosunt perueniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quò intendas, ferat deducatq; cognoris. 1. de Oratore.

Nihil statim absolutum.

II

NIHIL est simul & inuentum et perfectum. De Clar. Orator.

Nihil

Nihil est in natura rerum omnium, quod se uniuersum profundat, & quod totum repente euolet: sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, leuioribus principijs natura ipsa prætexuit. 2. de Orat.

Omniū rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus usa, augentur. 5. de finib.

Nihil in simplici genere omni ex parte perfectū atq; beatum natura expoliuit, tanquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si uni omnia concesserit. 1. de Invent.

Nihil refert quàm citò, si fat bene. 12

ET SI utile est subito sæpe dicere, tamen illud utilius, sumpto spacio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. 1. de Orat.

Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. 2. de Orat.

Sapientis laus, & sapientiæ
commendatio. 13

SAPIENTIA est rerum diuinarum & humanarum scientia, cognitioq; quæ cuiusque rei causa sit: ex quo efficitur, ut diuina imitetur, humana omnia inferiora uirtute ducat. 4. Tusc.

Mater omniū bonarum artium est sapientia, à cuius amore Græco uerbo Philosophia nomen inuenit, qua nihil à dijs immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum generi datum est.

Hæc enim una nos, cum ceteras res omnes, tū quod

B 5 est

est difficilimum, docuit, ut nosmetipsos nosceremus. Cuius præcepti tanta uis, tanta sententia est, ut ea non homini cuiquam, sed delphico Deo tribueretur. Nam qui seipsum norit, primum aliquid se habere sentiet diuinum, ingeniumq; in se suum, sicut simulacrū aliquod putabit, tantoq; munere deorum semper dignum aliquid et faciet et sentiet: et cum seipse perspexerit totumq; tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus, in uitam uenerit, quātaq; instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamq; sapientiam. quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illustratus, sapientia duce, bonum uirum, & ob eam ipsam causam cernat se beatum fore. I. de Leg.

Sapientia est rerum diuinarum atq; humanarum scientia, in qua continetur deorum et hominum communitas & societas inter ipsos. I. Offic.

Sapientia, ars uiuendi putanda est, quæ mœstitiam pellit ex animis, quæ exhorrescere metu non sinit: qua præceptrice, in tranquillitate uiui potest, cupiditatum ardore restincto. I. de Finib.

Sapientia est sanitas animi. 3. Tusc.

Sapientia sola est, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore uindicet, & ipsius fortunæ modestè ferre doceat iniuriam, & omnes doceat uias, quæ ad quietem, & tranquillitatem ferunt. I. de Fin.

Sapientia, hominis est custos & procreatrix. 4. de Finib.

Hec

Hæc est una omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat: ob eamq; rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus. 1. Acad.

Sapientia nihil est optabilius, nihil præstantius, nihil homine dignius. Estq; diuinarum rerum & humanarum scientia: cuius studium si quis uituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet. 2. Offic.

illa est præstans et diuina sapientia, perceptas penitus et pertractatas humanas res habere: nihil admirari cum acciderit, nihil antequam euenerit, non euenire posse, arbitrari. 3. Tusc.

Sapientia nihil est melius. 2. de Nat. deor.

Ad remp. plurima ueniunt commoda, si moderatrix omnium rerum præstò est, sapientia: hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. 1. de Inuent.

Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam nõ cernimus. quam illa ardentes amores excitaret sui, si uideretur? 2. de Finib.

Laudem sapientiæ statuo maximã, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut benè, aut malè uiuendi suspensas habere rationes. Ad. Luce. lib. 5. Famil.

Nihil est turpius, quam sapientis uitam ex insipientium sermone pendere. 2. de Finib.

Qui ex errore imperitiæ multitudinis pendet, is in magnis uiris non est habendus. 1. Offic.

Ignobilitas, aut humanitas, aut etiam popularis
offensio, sapientem esse non prohibet. 5. Tusc.

Cum sapiens & bonus uir, qualis fuit ille, suffra-
gijs præteritur, non populus à bono consule potius,
quàm ille à bono populo repulsam fert. 5. Tusc.

Sapientis animus magnitudine consilij, tolerantia
rerum humanarum, contemptione fortunæ, uirtuti-
bus omnibus ut mœnibus septus, uinci aut expugna-
ri non potest. Paradox. 4.

Sapientis animus nunquam est in uitio, nunquam
turgescit, nunquam tumet, nunquam sapiens irasci-
tur. 3. Tusc.

Est sapientis, quidquid homini accidere possit, id
præmeditari, & ferendum modicè, si aduenerit. Phi-
lippi. II.

Sapienti nihil potest uideri magnum in rebus hu-
manis, cui æternitas omnis, totiusq; mûdi nota sit ma-
gnitudo. nam quid aut in studijs humanis, aut in tam
exigua uitæ breuitate magnû sapienti uideri potest?
qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improui-
sum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino
nouum: atq; idem ita in omnes partes aciem inten-
dit, ut semper uideat sedem sibi & locum sine mole-
stia atq; angore uiuendi, ut quemcunq; casum fortu-
na inuexerit, hunc apte & quiete ferat. 3. Tusc.

Neq; letabitur unquam, neq; mœrebit nimis, qui
semper in seipso omnem spem reponet sui. 5. Tusc.

Sapientia

Sapientia est una, quæ mœstitiã pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat: qua præceptrice in tranquillitate uiui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. 5. de Finib.

Sapienti malum uideri nullum potest, quod uacet turpitudine: aut ita paruum malum, ut id obruatur sapiëntia, uixq; appareat, qui nihil opinione affingat, assumatq; ad ægritudinem. neq; id putet esse rectum, sed quam maximè excruciacari, luctuq; confici: quo prauius nihil esse potest. 3. Tusc.

Quisquis est, qui moderatione & constantia polleat, quietus animo est: sibiq; ipse placatus, ut neq; tabescat molestijs, neq; frangatur timore, nec sitienter quid expectans ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens. 4. Tusc.

Vir tēperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, is est sapiens. 5. Tusc.

Omnes qui in rerū contēplatione studia ponebant, sapientes & habebantur & nominabantur. 5. Tusc.

Qui omnibus uirtutibus instructi & ornati sunt, tum sapientes, tum uiri boni dicuntur. 5. Tusc.

Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi uenit in mentem. Pro Cluent.

Quidquid à sapiente proficiscitur, id continuo debet expletum esse suis partibus. 3. de Finib. nec est sapientis dicere, Non putabam.

Qui ipse sibi sapiēs prodesse nequit, nequidquam sapit,

sapit, dicebat Ennius. ad Treb. Fam. li. 7. & 3. Offic.
In Apoph. 120.

μωδ Ad Cæsar. Fam. lib. 3. In Apophtheg. 87.

De felicitate sapientis plura leges tertio Tusculanar. & pa-
radox. finali & penultimo.

Stultus.

14

SAPIENTISSIMVS quisq; æquissimo animo
moritur, stultissimus iniquissimo. Paradox. Cat. Ma.

Stulti malorum conscientia torquentur: Sapien-
tes bona præterita renouata grata recordatione de-
lectant. I. de Finib.

Nullus stultus beatus, et sapiens nõ beatus. I. de F.

Multa sunt incommoda in uita, quæ sapientes com-
modorum compensatione leniunt: stulti nec uitare ue-
nientia possunt nec ferre præsentia. I. de Nat. deor.

Vt stultitia. 5. Tusc. In Simil. 72.

Tu uide primo de Finibus plenissime, quibus curis & ango-
ribus stulti conficiantur, & quibus sapientes perfruantur uolu-
ptatibus.

Stultitia.

15

STULTITIA maius est malum, quàm omnia ma-
la & fortunæ & corporis. 3. de Nat. deor.

Omniũ malorum stultitia est mater. De pet. Cons.

Insipientia nullum maius malum est. 3. Tusc.

Miserius stultitia quid dicere possumus? I. de Nat.
deorum.

Quid abiectius stultitia dici potest? I. de Leg.

Omnes stulti insaniunt. 4. Tusc.

Est pros

Est proprium stultitiæ, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum. 3. Tusc.

Stultorum plena sunt omnia. Cicer. Papir. Peto. Famil. 9.

Quarto paradoxo & quinto plura legere potes.

Prudentia.

16

PRUDENTIA, est rerum expetendarum scientia. 1. Officior.

Nihil est homini prudentia dulcius, aut sagaci ac bona mente melius. 1. Tusc.

Non potest esse iucunda uita, à qua absit prudentia. 5. Tuscul.

Omni bus artibus uolumus attributã esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præsumunt, debent habere. 5. de Finib.

In prudentia duo uitia uitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temerè assentiamur. Quod uitium effugere qui uolet (omnes autem uelle debent) adhibebit ad considerandas res, & tempus & diligentiam. Alterum est uitium, quod quidam nimis magnũ studiũ, multamq; operã in res obscuras atque difficiles cõferunt, easdemq; nõ necessarias. 1. Off.

Vt quisq; maximè perspiciat quid in quaque re uerissimum sit: quiq; acutissimè & celerrimè potest euidere & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet. 1. Offic.

Laus Philosophiæ & utilitas.

17

Philo

PHILOSOPHANDI ratio est triplex: una de vita & moribus: altera de natura et reb. occultis: tertia de differendo, & quid uerū, & quid falsum, quid rectum in oratione, quid prauum, quid consentiens, quid repugnet iudicando. 1. Acad.

Philosophia in tres partes est distributa: in natura & obscuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam atq; mores. 1. de Orat.

Cum tota Philosophia frugifera et fructuosa, nec ulla pars eius inculta ac deserta sit: tum nullus in ea feracior locus est, nec uberior, quam de officijs, à quibus constanter, honesteq; uiuendi præcepta ducuntur. 3. Offic.

Philosophia mater omnium bonarum artium, nihil est aliud, nisi (ut Plato ait) bonum & inuentum Deorum. hæc nos primum ad Deorum cultū, tum ad modestiam magnitudinemq; animi erudiuit, eademq; ab animo tanquā ab oculis caliginē dispulit, ut omnia supra, infra, prima, ultima, media uideremus. 1. Tusc.

Est laudatarum artium omnium procreatrix quædam, & quasi parens ea, quam Philosophiam Græci uocant. 1. de Orat.

Philosophia nihil est aliud, si rectè interpretari uolumus, quàm studium sapientiæ. 2. Offic.

Cultura animi Philosophia est, quæ extrahit uitia radicitus, & preparat animos ad satus accipiendos. 2. Tuscul.

Philos

Philosophia medetur animis, sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. 2. Tusc.

Est animi medicina, Philosophia: cuius auxilium, non ut in corporis morbis, petendum est foris: omnibusque opibus uiribusque, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. 3. Tusc.

Philosophia mater est omnium benefactorum, beneque dictorum. De Claris Orat.

Vitiorum peccatorumque nostrorum omnis a Philosophia petenda est medicina. 5. Tusc.

Sine Philosophia fieri non potest, ut sanus sit animus. 3. Tusc.

Vt medici, toto corpore curando. 3. Tusc. In Sim. I.

Radice omnium malorum stirpitis Philosophia se extracturam pollicetur: demus ergo huic nos excollendos, patiamurque nos sanari ab ea, si boni et beati uolumus esse, omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque uiuendi. 4. Tusc.

Philosophia uirtutes continet, et officij et bene uiuendi disciplinam quam qui proficitur, grauissimam mihi personam sustinere uidetur. In Pisonem.

Est Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinemque consulto fugiens, eique ipsa et suspecta et inuisa. 2. Tusc.

Nunquam satis digne poterit laudari Philosophia, cui qui pareat, omne tempus etatis possit sine molestia degere. Cato Maior.

C

Nullum

Nullum bonum Philosophia optabilius, nullū præstantius neque datum est mortalium generi, deorum consensu, neq; dabitur. De Vniuer.

O uita Philosophia dux, ô uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum: quid non modò nos, sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti. Tu eos inter se primo domicilijs, deinde cõiugijs, tum litterarum & uocum communione iunxisti. Tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplinæ fuisti. Tu uitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis sustulisti. 5. Tusc.

Nihil est dulcius otio litterario, his dico litteris, quibus infinitatem rerum atq; naturæ, & in hoc ipso mundo cælum, terras, maria cognoscimus. 5. Tusc.

Thales Milesius, ut obiurgatores suos conuinceret, ostenderetq; Philosophum, si ei eõmodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, antequam florere cœpisset, in agro Milesio coemisse dicitur. Animaduertent fortasse quadam scientia, olearum ubertatem fore. 1. de Diuinat.

Qui ceteris rebus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuentur, & sapientiæ studiosi & Philosophi habentur. 5. Tusc.

Philosophi uirtutis magistri. 2. Tusc.

Magistri uirtutis, Philosophi. 5. Tusc.

Nō ex singulis uocibus Philosophi spectandi sunt, sed

sed ex perpetuitate & cōstantia: resq; spectari oportet, non uerba. 5. Tuscul.

In Philosophia res spectantur, non uerba penduntur. Orat. ad Brut.

A Philosopho, si adferat eloquentiam, non aspernor: si non habeat, non admodum desidero. 1. Tusc.

Sunt qui in rebus contrarijs parum sibi constant, uoluptatē seuerissimē contemnant, in dolore sint molliores, gloriam negligant, frangantur infamia. 1. Offi.

Vt si grammaticum professus se quispiam. 2. Tusc. In Simil. 20.

Quotusquisq; Philosophorū inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac uita constitutus, ut ratio postulat: qui disciplinam, nō ostentationem scientiæ, sed legem uitæ putet: quiq; obtemperet ipse sibi, ac decretis suis pareat? Videre licet alios tanta leuitate & iactatione, ijs ut fuerit non didicisse melius: alios pecuniæ cupidos: nonnullos gloriæ: multos libidinum seruos, ut cum eorum uita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem est turpissimum. 2. Tusc.

Eloquentia

18

PACIS est comes, otijq; socia, & iam bene constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam, eloquentia. De claris Orat.

Nemo est, qui nesciat, initio genus humanum in montibus ac siluis dissipatum, prudentium consilijs compulsus, & disertorum oratione delinitum, se

oppidis, mœnibusq; sepsisse. I. de Orat.

Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more uagabantur, & uictu ferino sibi uitã propagabant: nec ratione animi quidquam, sed pleraq; uiribus corporis administrabant. Nemo legitimas uiderat nuptias, nemo certos inspexerat liberos. Quo tempore quidam magnus uidelicet uir, dispersos homines in agris, & in locis siluestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit, & eos ex feris & immanibus, mites reddidit & mansuetos. I. de Inuent.

Hoc tempore cum homines nondum neq; naturali, neq; iure ciuili descripto, fusi per agros, atq; dispersi uagarentur, tantumq; haberent, quantum manu ac uiribus per cædem ac uulnera aut eripere, aut retinere potuissent: extiterunt uiri uirtute et consilio prestanti, qui dissipatos unum in locum congregarunt, eosq; ex ferocitate illa ad iustitiam atq; mansuetudinem transtulerunt, & inuento diuino & humano iure eos mœnibus sepserrunt. Pro Sestio.

Duæ sunt artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repelluntur. Pro Mur.

Grauis est & plena dignitatis dicendi facultas, quæ plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima sæpe studia peperit. Pro Mur.

Elo

Eloquentia principibus maximè ornamento est.

4. de Finibus.

Eloquentia grandis est uerbis, sapiens sententijs, genere toto grauis: manus extrema non accessit operibus eius: præclarè inchoata multa, perfecta non planè. De claris Orat.

Nihil est eloquentia laudabilius uel præstantius, uel admiratione audientium, uel spe indigentium, uel eorum qui defensi sunt, gratia. 2. Offic.

Nihil est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem & conseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemq; conuertere. 2. Offic.

Nihil est tam incredibile, quod dicendo non fiat probabile. Nihil tam horridum, tam incultum, q; non splendescat oratione, & tanquàm excolatur. Parado.

Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen est eloquentia. De claris Orat.

Eloquens & disertus.

19

ELOQUENS hoc uel maximè differt à diserto. Disertus est enim, qui potest satis acutè atq; dilucidè apud mediocres homines, ex communi quadam hominum opinione dicere. Eloquens uerò, qui mirabilius & magnificètius augere potest, atq; ornare quæ uult, omnesq; omnium rerum, quæ ad discèdum pertinet, fontes animo ac memoria continet. 1. de Orat.

Si de laudibus Eloquentiæ, delectatione & artis difficultate plura cupias, euolue diligenter librũ de Orato. & amplius, quod desideres, nihil erit.

C iij

Orat.

NOMINE oratoris et docti ornandus est, qui scelus, fraudemq; nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium, supplicioq; constringere: idemq; ingenij praesidio innocentiam iudiciorum poena liberare: idemq; languentem labentemq; populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare: qui denique quemcunque in animis hominum motum res & causa postulet, eum dicendo uel excitare possit, uel sedare. I. de Orat.

Dialecticæ & Rhetoricæ quædam
differentia.

ZENO Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius. 2. de Finib.

Zeno ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter Dialecticam & Rhetoricam interesset. Nam cum compresserat digitos pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse. Cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, Eloquentiam esse dicebat: hocq; uno (ait Aristoteles) differunt, quòd hæc ratio dicendi, latior sit: illa loquendi, contractior. Orat. ad Brut.

Docti quid maximè sit
proprium.

ERVDITVS oportet semper aliquid ex se pro
mat.

mat quod alios delectet, aut seipsum laudibus illustret. L. Luceius ad Ciceron. Famil. lib. 7.

Docti non solum uiui ac presentes, studiosos discendi erudiunt atq; docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur. I. Offic.

Ingeniosus laboriosissime

docet.

23

Quo quisq; est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius: quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi uidet, discruciat. Pro Rosc. Comm.

Doctus inuisus nisi probus.

24

Quo quis uersutior & callidior, hoc inuisior et suspectior, detrata opinione probitatis. 2. Offic.

Si quis omissis honestissimis studijs rationis & officij, consumit omnem operam in exercitatione dicendi: is inutilis sibi, perniciosus ciuis patrie alitur. qui uero ita se armat eloquentia, ut non oppugnare comoda patrie, uerum pro ijs pugnare possit, is mihi uir, & suis & publicis rationibus utilissimus, atque amicissimus ciuis fore uidetur. I. de Inuent.

Scientia, ut ait Plato. I. Offic. in Apoph. 12.

Ars militaris.

25

REI militaris uirtus praestat ceteris uirtutibus. omnia nostra studia, & haec forensis laus & industria latent in tutela ac praesidio bellicae uirtutis: et simulatq; increbuit suspicio tumultus, artes ilico

C 4

nostra

stræ cõticescunt. Omnia deniq; quæ sunt in imperio, in statu ciuitatis, ab ijs defendi & firmari putantur, qui militari uirtute antecellunt. Pro Mur.

Multo plus adfert dignitatis res militaris, quàm iuris ciuilibus gloria. uigilas tu de nocte, ut tuis cõsultoribus respondeas. ille ut eò, quo intēdit, maturè cū exercitu perueniat. te gallorum, illam buccinarum cantus exuscitat. tu actionem instituis, ille aciem instruit. tu caues ne tui consultores, ille ne urbes aut castra capiantur. ille tenet & scit ut hostium copiae, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Pro Mur.

Duæ sunt artes, Suprà in caput de Eloquentia, Pro Muræna.

Consilium & prudentia armis & rebus bellicis præferantur. 26

MINVENDA est horum opinio, qui arbitrantur, res bellicas maiores esse, quàm urbanas. quãuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen quàm Solonis illustrius, citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ, quæ anteponatur cõsilio Solonis, ei quo primum constituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum est: illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati. I. Offic.

Non minorem utilitatem adferunt qui togati publicè præsent, quàm qui bellum gerunt. itaq; eorum cõsilio sepe aut suscepta, aut confecta bella sunt.

Quare

Quare expetēda magis est decernendi ratio, quā decertandi fortitudo. temerē enim in acie uersari, et manu cum hoste conflagere, immane quiddam est, & beluarum simile. I. Offic.

Considerati hominis est, iure decertare, armis non contendere. Pro Cæcin.

Cedant arma togæ, cōcedat laurea linguæ. I. Offi.

Honestum efficitur animi, non corporis uiribus.

I. Offic.

(Offi.

Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. I.

Non uiribus aut uelocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio & auctoritate & sententia. Cato Maior.

Maximæ respUBLICÆ per adolescentulos labefactatæ, à senibus sustentatæ & restitutæ sunt. Cum enim ad gubernacula reipUBLICÆ temerarij atq; audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt. Cato Maior.

Dux ille Græciæ nunquam optat, ut Aiæcis similes decem habeat, sed ut Nestoris: quod si acciderit, nō dubitat quin Troia breui sit peritura. Cat. Maior.

Temeritas cū sapientia non cōmiscetur. Pro Mur.

Hæc plenius disputantur I. Offici. capite, sed cum plerisq; quæ nos consulto omisimus.

Consilium rem præcurrat.

27

IN rebus magnis, memoriaq; dignis, consilia primum, deinde acta, postea euētus spectantur. 2. de Ora.

C 5,

Bene

Bene præcipiunt, qui uetant quidquã agere, quod dubites, æquum sit, an iniquum. I. Offic.

Non debemus quidquam agere, cuius non possimus causam probabilem reddere. I. Offic.

Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id modò consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem: in quo considerandum est illi, ne aut temerè desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotijs, prius quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. I. Offic.

Suum quisq; noscat ingenium, ac remq; se & uitiorum, & bonorum suorum iudicem præbeat: ne scenici plus quàm nos uideantur habere prudentiæ, ne uel histrio uideat in scena, quod non uideat sapiens in uita. I. Offic.

Non est incommodum ex alijs iudicare: ut si quid dedeceat in alijs, uitemus & ipsi. fit enim nescio quomodo, ut magis in alijs cernamus, quàm in nobismet ipsis, si quid delinquitur. I. Offic.

Vt pictores, & ij qui signa fabricantur. I. Offic.
In Similib. 90.

Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos debemus, uel etiam usu peritos: & quid ijs de unoquoq; officij genere placeat, exquirere. I. Offic.

Non est satis iudicare quid faciendum, non faciendum

endum ue sit: sed stare oportet etiam in eo, quod sit iudicatum. I. de Finib.

Melius curantur ea, quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur. I. de Inuent.

Domus, ea quæ ratione regitur, omnibus instruatior est rebus & apparatus, quàm ea, quæ temerè & nullo consilio administratur. I. de Inuent.

Exercitus is, cui præpositus est sapiens & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia & temeritate alicuius administratur. I. de Inuent.

Sinistrum quorundam consilium. 28

Hoc plerunq; facimus, ut consilia euentis ponderemus. & cui bene quid processerit, multum illum præuidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus. Pro C. Rabir. Postum.

Nedum hominum humilium, sed etiam amplissimorum uirorum consilia ex euentu, non ex uoluntate à plerisq; probari solent. lib. 9. ad Attic. epist. 10.

Princeps. 29

MAGNUM est, personam in rep. tueri principis, qui non animis solum debet, sed oculis seruire ciuium. Philip. 8.

Nimis multa audire coguntur, neq; aliter facere possunt, quib. tota commissa est Respub. Pro Mil.

Si quis de cõtentione principatus laborat, quæ nulla esse debet, stultissimè facit, si uitijs cum uirtute contendat.

contendit: ut enim cursus cursu, sic in uiris fortibus
uirtus uirtute superatur. Philip. 14.

Regiū est ita uiuere. Pro Syl. Vide Appetitus. 51.

Vt cupiditatib. principum. 3. de Leg. in Simil. 15.

Quales in rep. principes. Lent. Fam. 1. in Apop. 9.

Non tantum mali est peccare principes (quanquā
est magnum per seipsum malum) quantum illud, quod
permulti etiam imitatores principum existunt. Nam
licet uidere, quæcunq; mutatio morum in principis
bus extiterit, eandem in populo secutam. Nobilium
enim uita, uictuq; mutato, mores ciuitatis mutari so-
lent. Nec solum uitia cōcipiunt ipsi principes, sed ea
infundunt in ciuitatē: neq; obsunt, quòd solū ipsi cor-
rumpuntur, sed etiam quod corrumpūt: plusq; exem-
plo, quam peccato nocent. Pauci enim, atq; admodum
pauci, honore & gloria amplificati, uel corrumpere
mores ciuitatis, uel corrigere possunt. 3. de Leg.

Studiose pleriq; facta principū imitantur. 1. Offic.

Turpe est, eum, ex quo pudoris pudicitiaeq; petun-
tur exempla, eundem in aliquo libidinis crimine com-
prehendi. Pro Deiot.

Imperator.

30.

IMPERATORES appellandi sunt, quorum uir-
tute & consilij felicitate, maximis periculis seruitu-
tis atq; interitus liberati sumus. 14. Philip.

In summo Imperatore quattuor hæ uirtutes in-
esse debent: Scientia rei militaris, Virtus, Auctori-
tas.

EAS.

Bas, Felicitas. Pro lege Manilia.

Hæ sunt uirtutes imperatoriæ: labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consiliū in prouidendo. Pro lege Ma.

Non solum bellandi uirtus in summo atque perfecto Imperatore quærēda est, sed multæ sunt artes eximie, huius administræ, comitesq; uirtutis. Primum quanta innocentia, quanta deinde omnibus in rebus temperantia, fide, felicitate, ingenio, & humanitate Imperatores esse debent? Pro lege Manil.

Refrænet primum libidines, iracundiam teneat, spernat uoluptates, coerceat auaritiam, ceteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cum de decori & turpitudini parere desierit. Parad. 5.

Non potest exercitum is cōtinere Imperator, qui seipsum non continet. frugi hominem dici non multum laudis habet in Rege: fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem & mansuetum, hæ sunt regie laudes. Pro lege Manil. Pro Rege Deiot.

Magistratus.

31

MAGISTRATVS, lex est loquens. 3. de Leg.

Magistratibus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia ciuitas esse non potest, quorum descriptione omnis reip. moderatio continetur, neq; ijs solum præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus. Nam & qui bene imperat, parue

rit ali

rit aliquando necesse est: & qui modestè paret, uideatur qui aliquando imperet, dignus esse. 3. de Leg.

Omnino qui reip. præsumt, duo Platonis præcepta teneant. Vnum, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorū suorum. Alterum, ut totum corpus reip. curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio reip. ad utilitatē eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. 1. Offic.

Huc omnia sunt referenda ab ijs, qui præsumt alijs, ut qui eorum in imperio erunt, sint quam beatissimi: estq; eius non modò, qui socijs & ciuibus, sed etiam eius, qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit, commodis utilitatiq; seruire. Ad Qu. Frat. epist. 1.

Sudandū est ijs, qui magistratum gerunt, pro communibus cōmodis: ad eundē inimicitia: subeundæ sæpe pro rep. tempestates: cū multis audacibus, improbis non nunquam etiam potentibus dimicandū. Pro Sest.

Est boni magistratus, cū auxilia reip. labefacta ri conuelliq; uideat, ferre opem patriæ, succurrere saluti fortunisq; communibus: suam salutem posterio rem salute communi ducere, intercludere omnes seditionum uias. Pro C. Rabir.

Si populo consulis, remoue te à suspitione alicuius tui commodi: fac fidem, te nihil nisi populi utilitate

patem & fructum quærere. Ex lege Agrar. ad pop.

Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ij, qui reip. præsumt, quam abstinentia & continentia. 2. Offic.

Est boni magistratus commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem conuenire. 2. Offic.

Est propriū munus magistratus, intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatem et decus sustinere, seruare leges, iura describere, & ea fidei suæ commissa, meminisse. 1. Offic.

Hi qui remp. tuebuntur, in primis operam dabunt, ut iuris & iudiciorum æquitate suum quisq; teneat: ut neq; tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur, neq; locupletibus ad sua uel tuenda, uel recuperanda, obsit inuidia. 2. Offi.

In primis uidendum est ei, qui remp. administrabit, ut suum quisq; teneat, & earum rerum sit copia, quæ sunt necessariæ. 2. Offic.

Magistratus non obedientem, & noxium ciuem multa, uinculis, uerberibusq; coerceat: ni par, maior uel potestas, populū suæ prohibescit 3. de Leg.

Qui reipub. præsumt, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate dicuntur. 1. Officiorum.

Munus eorum esse debet, resistere & leuitati multitudinis, & perditorum temeritati. Pro Mil.

Est

Est ei, cui resp. commissa est, necessaria oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros uiros, qua præcepta laudis & salutis aptè ad persuadendum edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, consolari possit afflictos, factaq; et consulta fortium et sapientum cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere. Plerunq; tamen ad honores adipiscendos, et ad remp. gerendam nudi ueniunt & inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. 1. de Leg.

Est boni magistratus, non solum uidere quid agatur, uerum etiã prouidere quid futurum sit. Pro Mur.

Bono uiro non minori est curæ qualis resp. post mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit. In Lal.

Caput est in omni procuratione negotij & muneris publici, ut auaritiæ pellatur uel minima suspicio. 2. Officiorum.

Nullum est uitium tetrius, quàm auaritia, præsertim in principibus, & remp. gubernantibus. habere enim quæstui remp. non modò turpe est, sed sceleratum & nefarium. 2. Officior.

Senatorius ordo uitio careat, ceteris specimen sit: nec ueniat quidem in eum ordinem quisquam uitij particeps. 3. de Leg.

Imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, & Aemili

Aemilios, quos in deorum immortalium coetu ac numero repono. amemus patriam, cōsulamus bonis, praesentes fructus negligamus, posteritati & gloriae seruiamus. id esse optimum putemus, quod erit rectissimum. Speremus quod uolumus: sed quod acciderit, feramus. Cogitemus denique, corpus uirorum fortium, magnorumque hominum esse mortale: animi uero motus, & uirtutis gloriam sempiternam. Pro Sest.

O conditiones miseras administrandarum ciuitatum & prouinciarum, in quibus diligentia plena simulatam est, negligentia uituperationum: ubi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio pernitiōsa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiae occultae, blanditiae apertae, uenientes praetores expectant, praesentibus inseruiunt, abeuntes deserunt. Pro Flacco.

Sunt qui quod sentiunt, etiamsi optimum est, inuidiae metu non audent dicere. 1. Offic.

Lex.

32

LEX EST ratio summa, insita in natura, quae iubet ea quae faciēda sunt, prohibetque cōtraria. 1. de Le.

Lex nihil est aliud, nisi recta & à numine deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibensque contraria. Philip. II.

Legibus proposita sunt supplicia uitij, praemia uirtutibus. 2. de Oratore.

Vitiorum emendatricem legem esse oportet, com

D

menda

mendatricemq; uirtutum: ab ea enim uiuendi doctrina ducitur. 1. de Leg.

Docemur auctoritate nutuq; legū, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri: ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. 1. de Orat.

Leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus una atque eadem uoce loquerentur. 2. Offic.

A maioribus nostris nulla alia de caussa leges sunt inuentæ, nisi ut suos ciues incolumes conseruarent. In Vatin.

Ad salutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem, uitamq; hominum & quietam & beatam, conditæ sunt leges. 2. de Leg.

Ea uirtute & sapientia maiores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis, nihil sibi nisi salutem atque utilitatem reip. proponerent. Neq; enim ipsi quod obesset, scribere uolebant: & si scripsissent cum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. 1. de Inuent.

Nihil est tam aptum ad ius, conditionemq; naturæ quàm lex: sine qua nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. 3. de Leg.

Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & consilium, sententia ciuitatis, posita est in legibus. Pro Cluent.

Vt membra, Pro Cluent. In Simil. 17.

Ius amitti non potest sine magno incommodo ciuitatis. Pro Cecin.

Omnia sunt incerta, cum à iure discessum est. Ad Pap. Patum. lib. Famil. 9.

Maior hereditas uenit unicuique nostrum à iure et legibus, quam ab ijs, à quibus illa bona relicta sunt.

Nam ut perueniat ad nos fundus, testamento alicuius fieri potest: ut retineamus quod nostrum factum est sine iure ciuili non potest. Pro Cecin.

Hoc spectant leges, hoc uolunt, incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, uinculis, damno coercent. 3. Offic.

Legis est persuadere, non omnia ui ac minis cogere. 2. de Leg.

Si esset ista cognitio iuris magna ac difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. 1. de Orat.

Domus iurisconsulti est totius oraculum ciuitatis. omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. 1. de Orat.

Ius ciuile

33

Iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio. 2. Offic.

Nihil est in ciuitate tam diligenter retinendum, quam ius ciuile. Etenim hoc sublato, nihil est quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, aut quid

D 2 alienum

alienum sit . nihil est quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit. Pro Cecinna.

Ius ciuile eiusmodi esse debet, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit. Quod si non modo oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adseruatum erit, nihil est quod quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. Pro Cecin.

Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis uitæque communis. Qui autem interpretes iuris uituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit. Si imperitis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges et iura labefactat. Pro Cecinna.

Veri iuris, germanæque iustitiæ solidam et expressam imaginem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. 3. Offic.

Tu de iuris ciuilibus commendatione leges plenissime apud Ciceronem in oratione pro A. Cecinna.

Arma legibus contraria.

34

NIHIL est æquitati tam contrarium atque infestum, quam conuocati armati que homines: nihil iuri tam inimicum, quam uis. Pro Cecin.

Nihil est exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri et legibus, nihil minus ciuile et humanum, quam constituta et composita rep. quidquam agi per uim. 3. de Leg.

Silent

Silent leges inter arma, nec se expectari iubent,
cum ei qui expectare uelit, ante iniusta poena luenda
sit, quam iusta repetenda. Pro Milone.

Iudex, & quæ sint eius partes. 35

IUDEX est is, quem non minus bene de nobis ex
istimare, quam secundum nos iudicare uelimus. Pro
Ros. Comm.

Semper iniquus est iudex, qui aut inuidet, aut fauet:
debetq; in iudicio imbecillis esse inuidia. Pro Plan.

Abducuntur nonnunquam iudices ab institutis suis
magnitudine pecuniæ. 6. Act. in Verr.

Ingentes diuitiæ iudiciorum religionem ueritatemq;
solent perfringere. 2. Act. in Verr.

Plura iudicant homines, aut amore, aut cupiditate,
aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut
timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis,
quam ueritate, aut præscripto, aut iuris norma ali-
qua, aut iudicij formula, aut legibus. 3. de Orat.

Est sapientis iudicis, meminisse se hominē: cogitare
sibi tantum esse permissum, quantum commissum
sit & creditum. et non solum sibi soli potestatem esse
datam, uerumetiam fidem habitam esse, meminisse:
posse quem oderit, absoluere; quem non oderit, con-
demnare: & semper non quæ uelit ipse, sed quid lex
& religio cogat, cogitare. animaduertere, qua lege
reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæ-
stione uersetur. Cum hæc sunt uidenda, tum illud est

hominis magni, iudicis atque sapientis, habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quàm à dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest. Pro Cluent.

Cùm iudici dicēda sententia est, meminerit, se Deum habere testem, id est, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. 3. Offic.

Est sapientia iudicis in hoc, ut non solum quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum sibi permissum, meminerit, sed etiam quatenus commissum sit. Pro Rab. Postu.

Laborare debent iudices non modò quid dicant pro testimonio, sed etiam quibus uerbis utantur, ne quid minus moderatè positū, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsum uerbum esse uideatur. Vultu autem laborare, ne qua significari possit suspicio cupiditatis, ut & cum prodeunt, existimatio sit quedam tacita de illis pudoris ac religionis: & cùm discedunt, ea diligenter cōseruata ac retenta uideantur. Pro Fon.

Neq; contra remp. neq; contra iusiurandum ac fidem, amici caussa uir bonus faciet: ne si iudex quidē erit de ipso amico. ponit enim personam amici, cū induit iudicis. Nam si omnia facienda sint, quæ amici uelint, non amicitia tales, sed coniurationes putandæ sunt. 3. Offic.

iudicis

Iudicis semper est uerum sequi. 2. Offic.

Est boni iudicis paruis ex rebus coniecturam fa-
cere uniuscuiusq; & cupiditatis & incontinentiæ.
6. Act. in Verr.

Iudex bonus nemo esse potest, qui suspitione cer-
ta non mouetur. 7. Act. in Verr.

Scriptum sequi calumniatoris est: boni uerò iudic-
is, uoluntatē scriptoris, auctoritatēq; defendere.
Que lex enim, quod senatusconsultum, quod magi-
stratus edictum, non infirmari aut conuelli potest, si
ad uerba deflectere uoluerimus? consilium autem eo-
rum, qui scripserunt, & rationē & auctoritatem re-
linquamus. non enim ex uerbis pendet ius, sed uerba
seruiunt hominum consilijs et auctoritatibus: nec uer-
ba ueniunt in iudicium, sed ea res, cuius caussa uerba
in leges coniecta sunt. Pro Cecinna.

Dubium non est, quin omnes omnium pecuniæ po-
sitæ sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eor-
um qui iudicant: cum nemo nostrum possit ædes sua-
as, nemo fundum, nemo bona patriæ obtinere, cum ad
iudicandum detur iudex nequam & leuis, qui de ijs
iudicet. 4. Act. in Verr.

Præceptores.

36

NULLVM munus reip. afferre maius, meliusue
possumus, quam si doceamus atq; erudiamus iuuen-
tutem, ijs præsertim moribus atq; temporibus, qui-
bus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrænanda.

D 4

atque

atque coercenda sit. 3. de Diuination.

Nulli bonarum artiū magistri non beati putandi, quamuis cōsenuerint uires atq; defecerint. Cato Ma.

Pædagogi negligendi non sunt, sed quodam modo colendi. Lælius.

Nemo est nostrum liberaliter educatus, cui nō educatores, cui non magistri sui atq; doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente uersetur. Pro Planc.

Idem erant antiquitus uiuendi præceptores, atq; dicendi. 3. de Orat.

Ciuitas.

37

CIVITAS in seditione nō potest esse beata. 1. de Fi.

Proprium est ciuitatis atq; urbis, ut sit libera, & non sollicita suæ rei cuiusq; custodia. 2. Offic.

Millies perire est melius, quam in sua ciuitate sine armorum præsidio non posse uiuere: præsidium caritate & beneuolētia ciuium septum oportet esse, non armis. 2. Philip.

Illā nō est ciuitas, cū leges in ea nihil ualent, cū iudicia iacent, cū mos occidit patrius. Parad. 4.

In hoc uel maximè uitiosa est ciuitas, quæ largitione interposita, uirtutis & dignitatis obliuisci solet. De Peti. consul.

Ciuis.

38

QUI periculum nō timet proposita inuidia, morte, pœna, qui nihilo segnius remp. defendit, is uir uere

uerè & ciuis putandus est. Pro Milone.

Ciuis est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes saluos incolumesq; desiderat. in Vat.

Ab omnibus huiusmodi ciuis laudandus ac diligendus est, qui non solum reip. ciuem improbum remouet, uerum etiam seipsum eiusmodi fore profiteatur, ac præstat, ut sibi non modò communi uoluntate uirtutis atque officij: sed etiam ut quadam magis necessaria ratione, rectè sit honesteq; uiuendum. 5. Act. in Verr.

Ciuem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, neq; summissum & abiectum, neq; sese effertentem: tum in rep. ea uelle, quæ tranquilla & honesta sint. I. Offic.

Nihil uiro bono & quieto, et bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersijs. Ad Atti. lib. 9. epist.

Ciuis nō est habendus, qui ciuile bellum concupiscit. Philipp. 13.

Ingratus est iniustusq; ciuis, qui armorū periculo liberatus, animum tamen retinet armatum. Pro Marc.

Ciuem ab hoste non natura ac loco, sed animo factisq; distinguimus. Parad. 4.

Hi & audaces & mali & perniciosi ciues putantur, qui incitant populi animos ad seditionem: aut qui largitione cæcant mentes imperitorum: aut qui fortes & claros uiros, & bene de rep. meritos, in aliquā

D 5 uocant.

uocant inuidiam. Qui uerò sceleratorum impetus & conatus represserūt, qui auctoritate, qui fide, qui magnitudine animi consilijs audacium restiterunt, ij boni ciues semper habiti sunt. Pro Sestio.

Respublica & patria.

39

RESPUBLICA nomē uniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, et cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere & quasi consecrare debemus. 2. de Leg.

Eò omnis uitæ nostræ ratio transmittenda est, ut magnam nominis nostri famam, ex maximis in reip. meritis collatis, posteris relinquamus. In Vatin.

Bono uiro, n. Lælius. In Magistrat. 31.

Omnibus bonis expedit, saluam esse reip. Phi. 13.

Laudandus est is, qui mortem oppetit pro rep. qui doceat cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. Estq; illa uox inhumana & scelerata eorum, qui negant se recusare, quò minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. 3. de Fin.

Qui pro rep. uitam reddiderunt, nusquam mehercule eos mortem potius, quàm immortalitatem affectos putauit. Pro Planc.

Nihil est ex omnibus rebus humanis præclariùs aut præstantius, quàm de rep. bene mereri. Ad Plan. Famil. 10.

Omni timore deposito, debemus libere reip. consilium ferre. Brut. ad Cic. Famil. 11.

Imitea

Imitemur nostros Brut. Pro Sest. De Magist. 31.

His maiores nostri, qui ob remp. mortem obierant,
pro breui uita diuturnam memoriam reddiderunt.
Philip. 9.

Duo hæc opto. Philip. 2. In Apoph. 130.

Non potest cuiquam malè de rep. merenti, iusta
esse causa. de Respon. Arusp.

Magnus est in rep. campus, multis apertus cursus
ad laudem. Philip. 14.

Patria, est communis omnium nostrum parens. I.
Inuect. in Catil.

Non potest cognatio ulla propior esse, quam pa-
tria. I. de Oratore.

Ipsa patria dici uix potest, quid caritatis, quid uo-
luptatis habet. Philip. 5.

Patria nihil dulcius, nihil carius in uita esse de-
bet. Ad Quir. post red.

Est patriæ caritas maxima. In Vat.

Commune patriæ solum, & carum est & iucun-
dum & delectabile. Cic. C. Cassio, Famil. 12.

Nullus locus est domestica sede iucundior. 4. in Ca.

Nullus locus nobis dulcior esse debet patria. Ad
Marc. Famil. 4.

Nostra patria delectat, cuius rei tanta est uis ac
tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis
tanquam nidulum affixam, sapientissimus uir immor-
talitati anteponat. I. de Orat.

Cari

Cari sunt liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? I. Offic.

Patriæ nos primū natura conciliat. De resp. Aru. Patria est. 5. Tusc. In Apoph. 82.

Si contentio quedam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sunt patria & parentes, quorum beneficijs maximè obligati sumus. I. Offic.

Sapientis est, carere patria, & duri non desiderare. Ad Marc. Famil. 4.

Malo sine periculo domi meæ esse, quàm cum periculo alienæ. Ad Marc. Fam. 4.

Pro patria, et in patria mori, præclarū. Ad Att. 9.

Nemo est tam ingratus, tam impius, tamq; nullius humanitatis, qui si patriæ merita resumere uelit, non eam magis, quàm se ipsam diligat. In Vatin.

Nullus est casus pro dignitate et libertate patriæ non ferendus. Philip. 13.

Omnia, que à nobis geruntur, non ad nostram utilitatem & commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus. In Vatin.

Non solum nobis nati sumus. I. Offic. In Apoph. II.

Nullum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ uitandum arbitretur: hæc enim secum loquitur, Non mihi soli, sed etiam, atq; adeò multò potius,

natus

natus sum patriæ. Vita quæ fato debetur, salutem patriæ potissimum solvatur. 4. ad Heren.

Nihil est præstabilius uiro, quàm periculis patriam liberare: beatiq; sunt hi, quibus ea res honori fuerit. Pro Milon.

Pericula, labores, dolorem etiã optimus quisq; pro patria & pro suis suscipit: dolores deniq; suscipere mauult, quàm deserere ullam officij partem. I. de Fi.

Quoniam sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incõmodum pro patria graue putandum est. At qui patriæ pericula suo periculo expetunt, hi sapientes putandi sunt, cum & eum, quem debent, honorem reip. reddunt, & pro multis perire malunt, quàm cum multis. Etenim uehementer est iniquum, uitam, quam à natura acceptam propter patriam conserua ueris, naturæ cum cogat, reddere, patriæ cum roget, non dare: & cum possis cū summa uirtute & honore pro patria interire, malle per dedecus & ignauiam uiuere: & cum pro amicis & parentibus & ceteris necessarijs adire periculum uelis, pro rep. in qua & hoc & illud sanctissimum nomen patriæ continetur, nolle in discrimen uenire. 4. ad Heren.

Cum dies & noctes omnia nos undiq; fata circumstent, non est dubitandum, eum spiritum, quem naturæ quisq; debet, patriæ reddere. Philip. 10.

O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria potissimum est reddita. Philip. 14.

Cum

Cum omnibus definita sit mors, optandum est magis, ut uita, quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quàm reseruata naturæ uideatur. Pro Sest.

Debemus grata eorum uirtutem memoria prosequi, qui pro patria uitam profuderunt. Philip. 14.

Omnibus, qui patriam cōseruarint, adiuuerint, auxerint, certus est in cælo & definitus locus, ubi beati æuo sempiterno fruuntur. In Somn. Scip.

Peregrinatio.

40

OMNIS peregrinatio obscura & sordida est ijs, quorum industria in patria potest esse illustris. Ad Marc. Cælium. Famil. lib. 2.

Omnibus peregrinantibus gratum est, minimarū quoq; rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores. Cælius ad Ciceronem, Famil. 8.

In externis locis, minor est ad facinus uerecundia. Ad Marc. Famil. lib. 4.

Multi rem suam bene gessere, & publicam patriam procul. Ad Treb. Famil. lib. 7.

Gloria.

41

GLORIA, est illustris & peruagata multorum & magnorum uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum, fama meritorum. Pro Marcel.

Gloria, est solida quædam res & expressa, non ad umbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellenti uirtute: ea uirtuti resonat, tanquā imago gloriæ. quæ quia rectè factos

factorum plerunq; comes est, non est bonis uiris repu-
dianda. Illa autem, quæ se eius imitatricem esse uult,
temeraria atq; inconsiderata & plerunq; peccato-
rum uitiorumq; laudatrix fama popularis, simulatio-
ne honestatis, formam eius, pulchritudinemq; corrumpit.
Tu ergo quæ habent speciem gloriæ, collecta ex
inanißimis splendoris insignibus, contemne: breuia,
fugacia, & caduca existima. 3. Tusc.

Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur:
ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt, nec
simulatum quidquam potest esse diuturnum. 2. Offic.

Honos est præmium uirtutis, iudicio studioq; ciu-
um delatum ad aliquem. qui eum sententijs, qui suf-
fragijs adeptus est, is mihi & honestus & honora-
tus uidetur. De claris Orat. ad Brut.

Is uerus triumphus est, cum bene de rep. meritis
testimonium à consensu ciuitatis datur. Phil. 14.

Is honos uideri solet, qui non propter spem futuræ
beneficij, sed propter magna merita claris uiris de-
fertur & datur: estq; non inuitamentum ad tempus,
sed perpetuæ uirtutis præmium. Ad Plan. Fa. lib. 10.

Ea est profectio iucunda laus, quæ ab his proficisci-
tur, qui ipsi in laude uixerunt. Ad Marc. Catonem,
Fam. lib. 15.

Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in al-
tiorum locum peruenit, non qui ascendit per alterius
incommodum & calamitatem. Pro Rosc. Amer.

Susce-

Suscepit uita. 2. de Nat. deor. De uirtute. 45.

Quæ melior in genere hominum natura, quàm eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur? abiit ad eos Hercules: nunquam abiisset, nisi cum inter homines esset, eam sibi uiam munisset. 1. Tuscul.

Eo omnis uitæ nostræ ratio. In Vatin. De Rep. 39.

Actum præclarè cum ijs est, quorum uirtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum sepulta esse poterit. Philip. 14.

Breuis uita data est, at memoria bene redditæ uitæ sempiterna: quæ si non esset longior, quàm hæc uita, quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem, gloriamq; cõtenderet. Phi. 14.

Exiguum nobis uitæ curriculũ natura circumscribit, immensum gloriæ. Pro. C. Rab.

Vita breuis est, gloriæ cursus sempiternus. Pro Sest.

Breue tempus ætatis, satis longum ad bene uiuendum. 1. Tusc.

Honos alit artes, omnesq; incendimur ad studia gloriæ: iacentq; ea semper, quæ apud quosque improbantur. 1. Tusc.

Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisq; maximè gloria ducitur. ipsi illi philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomẽ suũ inscribunt: in quo prædicationem et nobilitatem despiciunt, prædicari se ac nominari uolunt. Pro Arch. Poet.

Opifia

Opifices post mortem nobilitari uolunt. Quid enim Phidias sui similem speciẽ inclusit in clypeo Meneruæ, cū inscribere non liceret? Quid nostri philosophi? nõne in his ipsis libris, quos inscribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? 1. Tusc.

Nemo est tam auersus à Musis, qui non mandari uersibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur. Pro Archia.

Themistocles. Pro Arch. in Apoph. 3.

Poetæ post mortem nobilitari uolunt: unde illud: Aspiciat o ciues senis Ennij imaginis urnam:

Hic uestrum finxit maxima facta patrum.

Mercedem gloriæ efflagitat ab his, quorum patres affecerat gloria. Idemq;.

Nemo me lacrymis decoret, nec fuera fletu

Faxit: cur? uolito docta per ora uirum. 1. Tusc.

Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. 1. Offic.

Nemo unquam sine magna spe immortalitatis, se pro patria offert ad mortem. 1. Tusc.

Perfecti homines, & excellentibus ingenijs præditi, excitantur spe gloriæ, quæ habet formam honestatis & similitudinem. Cato Maior.

Nemo nostrum in reipub. periculis cum laude ac uirtute uersatur, quin spe posteritatis, fructuq; ducatur. Pro C. Rabir.

E

Cum

Cum optimus quisq; maximè posteritati seruiat: esse aliquid uerisimile est, cuius is post mortem, sensum sit habiturus. I. Tusc.

Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminōda; sed nescio quomodo inhereret in mentibus, quasi seculorum quoddam augurium futurorū, quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus & periculis uiueret? I. Tusc.

Pueri efferuntur lætitia cum uicerint, & pudet uictos, ut se accusari nolunt, quam cupiunt laudari? quos illi labores non perferunt, ut æqualium principes sint? 5. de Finib.

Quis tantos labores diurnos, nocturnosq; domi, militiæq; susciperet, si iisdem finibus gloriam suā, quibus uitam esset terminaturus? Sed optimi cuiusq; animus maximè ad immortalitatē gloriæ nititur. C. Ma.

Est angusti animi atq; demissi, triumphii honorem atq; dignitatem contemnere. Nam ut leuitatis est. In Piso. In Similib. 75.

Præstantes uiri nunquam tanta conati essent, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo uisissent, posteritatem ad se pertinere posse. Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem & quietam sine ullo labore & contentione traducere? Sed nescio quomodo animus erigens se, posteritatem semper ita prospicit, quasi cum excesserit è uita, tum deniq; uieturus sit. Cato Maior.

Sapia

Sapiens uirtutis honorē, præmium, haud prædant
petit. 3. de Orat.

Nullam uirtus aliam mercedem laborum, pericu-
lorumq; desiderat, præter hanc laudis et gloriæ, qua
detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo ui-
tæ curriculo & tam breui, tantis nos in laboribus ex-
erceamus? Certè si nihil animus præsentiret in poste-
rum, & si quibus regionibus uitæ spaciū circunscri-
ptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret su-
as: nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis uî-
gilijsq; angeretur, nec toties de uita ipsa dimicaret.
Nunc insidet quædam in optimo quoque uirtus, quæ
noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat atq;
admonet, non cum uitæ tempore esse dimittendam
commemorationem nominis nostri, sed cum omni po-
steritate adæquandam. Pro Archia Poeta.

Nullam mercedem tanta uirtus præter hanc lau-
dis et gloriæ, desiderat: qua etiamsi careat, tamen est
seipsa contenta: quanquam in memoria gratorum ho-
minum, tanquam in luce posita letetur. Phil. 5.

Ex omnibus præmijs uirtutis amplissimum est præ-
mium, gloria: quæ uitæ breuitatem posteritatis memò-
ria consolatur: quæ efficit ut absentes adsimus, mora-
tui uiuamus: cuius gradibus etiam homines in cælum
uidentur ascendere. Pro Milone.

Non uita hæc dicenda est, quæ corpore & spiritu
continetur: illa, inquã, illa uita est, quæ uiget memo-

ria seculorum omnium, quam posteritas alit, quam ipsa aeternitas semper intuetur. Pro Marc.

Vestra quæ dicitur uita, mors est. Somn. Scipio.

Nihil est uera gloria dulcius. Philip. 5.

Natura nihil præstantius habet, nihil quod magis expetat, quàm honestatem, quàm laudem, quàm dignitatem, quàm decus. 2. Tusc.

Antiquior sit possessionibus gloria. 1. de Diuin.

Verum decus in uirtute positum est. Cic. ad Plan- cum, Famil. lib. 10.

De Morte.

42

OMNIUM rerum mors est extremum. ad Tor. Familiar. 6.

Mors est discessus animæ à corpore. 1. Tusc.

Mors somno similis est. 1. Tusc.

Morti nihil est tam simile, quàm somnus. C. Maio.

Somnus, imago mortis. 1. Tusc.

Mors, quasi saxū Tātalo semper impēdet. 1. de Fi.

Moriendum certè est, & id incertum, an eo ipso die. Cato Maior.

Nemini exploratum potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperum. 2. de Finib.

Quis est quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad uesperum esse uicturum? Cato Maior.

Mors omnibus est parata. 4. Inuect. in Catil.

Omnibus definita est mors. Pro Sestio.

Mortem

Mortem omnibus natura proposuit. Phil. 4.

Necesse est mori. 2. Tusc.

Moriendum est omnibus: est q̄; finis miserie in morte. 1. Tusc.

Commorandi nobis natura diuersorium, non habitandi dedit. Cato Maior

Ex ipsa uita discedendum est, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Cato Maior.

Si hoc tempore diem non obieris, paucis post diebus est tibi moriendum, quia homo natus es. Sulpitius ad Cicer. Famil. lib. 4.

Hoc meditatam ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus, sine qua meditatione, tranquillo esse animo quis non potest. Cato Maior.

Mortem omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo animo possit consistere? Cato Maior.

Qui id, quod uitari non potest, metuit, is uiuere animo quieto nullo modo potest. 2. Tuscul.

Quae potest esse in uita iucunditas, cum dies & noctes cogitandum sit iam iam esse moriendum? 1. Tusc.

Qui mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam uitam comparauit. 2. Tusc.

Non deterret sapientem mors, quae propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem uitae nunquam longe potest abesse. 1. Tusc.

Vtrum uiuere, an mori sit melius, dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem. 1. Tusc.

A malis mors abducit, non à bonis. i. Tusc.

Ipsè animi discessus à corpore fit sine dolore, & fit plerunq; sine sensu. nonnunquam etiã cum uoluptate: totum hoc leue est, qualecunq; sit: fit enim ad punctum temporis. i. Tusc.

Tunc erimus beati, cum corporibus relictis, cupiditatum & æmulationum erimus expertes. i. Tusc.

Pellantur istæ ineptiæ penè aniles, ante tempus mori, miserum esse. Quod tandè tempus? natura nec At ea quidem dedit usuram uitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit cum uult? ea enim conditione acceperas. Quæ uerò ætas longa est? aut quid omnino homini longum? Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes affecuta est senectus? Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte à uita, longa aut breuia dicuntur. i. Tusc.

Mors terribilis est ijs, quorũ cum uita omnia extinguuntur, non quorum laus emori non potest. Parad.

Honestã mors nunquam est fugienda, sæpe etiã appetenda. Mari. ad Cicer. Famil. lib. 2.

Vetat dominans in nobis Deus. i. Tusc. in pijs Sententijs. 68.

Non est in iussu imperatoris. Cato Maior. In pijs Sententijs 70.

Nobis si quid tale acciderit. i. Tusc. In pijs Sent. 72.

Tibi & pijs omnibus. i. Tusc. In pijs Sent. 69.

Nisi

Nisi Deus. 1. Tusc. In pijs Sentent. 71.

Sunt qui se gratum mortuis facere, si grauius eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quedam: existimant enim dijs immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga percussi, afflictos se & stratos esse, fateantur. 3. Tusc.

Mortuorum corpora nihil sentiunt in sepultura: quantum autem consuetudini fameq; dandum sit, id curent uiui, sed ita, ut intelligant nihil ad mortuos pertinere. 1. Tusc.

Cum ab amicis rogaretur Diogenes. 1. Tuscul. In Apophth. 37

Mors, bonum sit an malum, plenissime primo Tusculanarum leges, & in dialogo, qui Cato Maior inscribitur.

Mortis metus.

43

QVIS EST, aut quotusquisque cui mors cum appropinquet,

Non refugiat timido sanguen, atq; exalbescat metu? 5. de Finib.

Emori nolo. 2. Tusc. In Apoph. 43.

Virtuti quæ sit vis & commendatio.

44

VIRTUS est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. 2. de Orat.

Virtus nihil est aliud, quam in se perfecta, & ad summum perducta natura. 1. de Leg.

E

4

Virtus

Virtus est affectio animi constans conueniensq̄,
laudabiles efficiens eos, in quibus est: & ipsa est per
se sua sponte, separata tamen utilitate, laudabilis. ex
ea proficiscuntur honestæ uoluntates, sententiæ,
actiones, omnisq̄; recta actio. 4. Tusc.

Virtutis multæ definitiones consulto a nobis omittuntur.

Honestum.

45

Id dicitur honestum, non quod laudetur à
multis, sed quia tale sit, ut uel si ignorent id homines,
uel si obmutuissent, pulchritudine sua tamen esset
specieq̄; laudabile. 2. de Finib.

Honestum etiam si nobilitatum non sit, aut si eti-
am à nemine laudetur, laudabile est natura: quod
si oculis cerneretur, mirabiles amores citaret sapien-
tiæ. 1. Offic.

Honestum est, quod detracta omni utilitate, sine
ullis præmijs, fructibusue, per seipsum iure potest lau-
dari. 2. de Finib.

Si non ipso honesto mouemur, ut uiri boni simus,
sed utilitate aliqua atq̄; fructu, callidi sumus, non bo-
ni. nam quid faciet is in tenebris, qui nihil timet, ni-
si testem uel iudicem? quid in deserto loco, nactus
quem multo auro spoliari possit, imbecillum atq̄; so-
lum? 1. de Legib.

Si emolumentis, non suapte natura uirtus expe-
titur, una erit uirtus, quæ malitia rectissime dicitur.
Nam qui uirtutem pretio metiuntur, nullam uirtus

tem,

tem, nisi malitiam putant. 1. de Leg.

Nulla potest esse uirtus nisi gratuita. nam quæ uoluptate, quasi mercede aliqua ad officiũ impellitur, ea non uirtus, sed fallax est imitatio simulatioq; uirtutis. 5. Tusc.

Quidquid præter id quod honestum sit, expetendum esse duxeris, in bonisq; numeraris: & honestum ipsum quasi uirtutis lumen extinxeris, & uirtutem penitus euerteris. 3. de Finib.

Difficile est hominibus persuadere, honestum propter ipsum eligendum. C. Cassius Cic. Fam. lib. 15.

Si ipsam honestatem undiq; perfectam & absolutam, rem unam præclarissimam omnium maximeq; laudandam penitus uideremus, quo nam gaudio compleremur, cum tantopere eius adumbrata opinione letemur? 5. de Finib.

Sumus natura studiosissimi, appetentissimiq; honestatis, cuius si quasi lumen aliquod aspeximus, nihil est quod ut eo potiamur, non parati simus & ferre & perpeti. 2. Tusc.

Nihil est uirtute amabilius, quàm qui adeptus erit, ubicunq; erit gentiũ, à nobis diligetur. 1. de Nat. deo.

Virtutem necessario gloria sequitur. 1. Tusc.

Gloria uirtutem tanquam umbra sequitur. 1. Tusc.

Nihil est uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. 1. de Nat. deor.

Nihil est amabilius uirtute, nihil quod magis allia-

E S ciat

ciat homines ad diligendū: quippe cum propter uirtutem et probitatē eos etiam quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus. cuius ea est uis, ut eā (quod maius est) in hoste etiam diligamus. in Lælio.

Animi hominum mouentur ad diligendum, cum eorum, quibus cum usu coniuncti sunt, uirtutem et bonitatem perspiciunt. In Lælio.

Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, æstimatione uitæ: alienanturq; ab ijs, in quibus hæc non sunt. 1. de Orat.

Suscepit uita consuetudoq; communis, ut beneficij excellentes uiros in cælum fama ac uolūtate tollamus. 2 de Nat. deor.

Quæ natio non comitatem, non beneuolentiam, non gratum animum et beneficij memorem diligit? Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur, non odit? 1. de Leg.

Eos uiros nos suspicimus, maximisq; efferimus laudibus, in quibus existimamus excellentes quasdam et singulares perspicere uirtutes. Despicimus aut eos, et contemnimus, in quibus nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruorum putatur. Quamobrem contēnuntur ij, qui nec sibi nec alteri profunt, ut dicitur: in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem quadam afficiuntur ij, qui anteire ceteris uirtute putantur. 2. Offic.

Illud honestum, quod in alio cernimus, nos mouet.

atq;

atq; illi in quo id inesse uidetur, amicos facit. Omnis enim uirtus nos ad se allicit, facitq; ut eos diligamus in quibus ipsa inesse uidetur. 1. Offic.

Quis est tam dissimilis homini, qui nō moueatur et offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis? Quis est qui non oderit libidinosam, proteruam adolescentiam? Quis contra, in illa etate pudorem, constantiā etiam si sua nihil intersit, non tamen diligit? An obliuiscimur, quantopere in audiendo, in legendoq; moueamur, cum piē, cum amicē, cum magno animo aliquid factum cognoscimus? 5. de Finib.

Quae magno animo & elato, fortiter & excellenter gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleno ore laudamus. 1. Offic.

Cum aliquid clementer, mansuetē, iustē, rectē, moderatē, sapienter factum aut legimus, aut audimus, quo studio incendimur, non modō in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe, quos nunquam uidimus, diligamus? Pro Marcello.

Quis est qui non admiretur splendorem, pulchritudinemq; uirtutis? 2. Offic.

Cōciliatrix amicitiae est, uirtutis opinio. In Læl.

Habet hoc uirtus, ut uiros fortes, species eius & pulchritudo, etiam in hoste posita delectet. In Piso.

Est proprium uirtutis, conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adiungere. 2. Offic.

Virtus conciliat amicitias atq; conseruat. In ea
enim

enim est conuenientia rerum, in ea est stabilitas, in ea est constantia: quæ cum se extulit, & lumen suum ostendit, et idem aspexit, agnouitq; in alio, ad id se ad mouet: uicissimq; accipit illud, quod in altero est, ex quo eorū exardescit siue amor, siue amicitia. in Læl.

Propter uirtutem iure laudamur, & in uirtute rectè gloriamur. 3. de Nat. deor.

Vera laus ueræ uirtuti debetur. 3. de Orat.

Nihil quidquam sine uirtute laudabile. 1. Tusc.

Quibus gradibus Romulus ascendit in cælum? rebus gestis atq; uirtute. Parad. 1.

Bonus uir propriè & copiose laudari sine uirtutum cognitione non potest. 2. de Orat.

Eos, quorum uita perspecta est in rebus honestis atq; magnis, & bene de rep. sentientes, aut aliquo honore & imperio affectos, obseruare & colere solemus. 1. Offic.

Vehementer amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumq; earum uirtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem ac facilitatem: eosq; in quibus eas uirtutes inesse uidemus, à natura ipsa diligere cogimur. 2. Officiorum.

Ea uirtus uidetur præstantis uiri, quæ est fructuosa alijs, sibi autem laboriosa aut periculosa, aut certè gratuita. 2. de Orat.

Si quod optimum maximumq; est, id uolumus adis
pisci

pisci, uirtuti opera danda est, sine qua nullam rem ex
petendam consequi possumus. In Læl.

Verum decus in uirtute positum est. Cic. ad Plan.
Famil. lib. 10.

Digna est uirtus gloriatione: tantumq; præstat ce
teris rebus, ut dici uix possit quid intersit. 4. de Fin.

Nesciunt multi, nesciunt quantas uires uirtus ha
beat: nomen uirtutis tantum usurpant, quid ipsa ua
leat, ignorant. Paradox. 2.

Non sunt isti audiendi, qui uirtutem duram, &
quasi ferream esse uolunt. In Læl.

Non est inhumana uirtus, neq; immanis, neq; super
ba, quæ populos uniuersos tueri, eisq; optime consu
lere soleat: quod non faceret profectò, si à uulgi ca
ritate abhorreret. In Lælio.

Virtus quam sequitur caritas, minimè repudian
da est. In Lælio.

Virtus altissimum locum in homine, & maximè ex
cellentem tenet. cum autem assumpta est ratio, tantò
in dominatu locatur, ut omnia prima naturæ, huius
tutele subijciantur. 4. de Finib.

Virtus, omnia quæ cadere in hominem possunt,
subter se habet: eaq; despiciens, casus contemnit hu
manos: culpaq; omni carens, præter seipsam, nihil cen
set ad se pertinere. 5. Tusc.

Optimè uirtus seipsa nouit, & quàm amabilis sit,
intelligit. In Lælio.

Virtuº

Virtutis tanta est uis, ut non possit unquam esse uir bonus non beatus. In Pison.

In uirtute satis est praesidij ad bene uiuendum, satis etiam ad beatè, satis ut fortiter uiuamus, etiam ut magno animo, & quidem ut nulla re egeamus, semperq; simus inuicti: sequitur ut nihil peniteat, nihil desit, nihil obstet. 5. Tusc.

Praesidij ad uiuendum in uirtute satis est. 5. Tusc.

Virtus ad beatè uiuendū seipsa cōtenta est. 5. de Fi.

Cum fateamur satis magnam uim esse in uitijs ad miseram uitam, fatendum est etiam, eandem uim in uirtute esse ad beatam uitam. Cōtrariorum enim contraria sunt consequentia. 5. Tusc.

Quanti est estimanda uirtus, quæ nec eripi, nec surripi potest, neq; naufragio, neq; incendio amittitur, nec tempestatem, nec temporum permutatione mutatur? qua praediti qui sunt, soli sunt diuites: soli enim possident res & fructuosas & sempiternas: soli q; (quod est proprium diuitiarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Parad. ult.

Virtus in tempestate sæua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atq; haeret in patria, splendetq; per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Pro Sestio.

Amitti uirtus non potest. 2. Tusc.

Virtus

Virtus est altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ul-
la ui labefactari potest, nunquam dimoueri loco. Ph. 4.

Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmus
in uirtute, quam in casu presidium collocauit.
4. ad Heren.

Omnes bene uiuendi rationes in uirtute sunt col-
locandæ, propterea quod sola uirtus in sua potestate
est. Omnia, præter eam, subiecta sunt fortunæ domi-
nationi. 4. ad Heren.

Maior est uirtutis iucunditas, quam uoluptas, quæ
percipitur ex libidine & cupiditate. 3. Act. in Verr.

Tu plura si desideres, euolue diligenter quintum Tusculana-
rum, nos enim ea tantum quæ uidebantur grauiora, selegimus, ne
potius ex integro librum transcripsisse, quam ex præcipuis præci-
pua selegisse uideamur.

Expetendarum rerum tria
sunt genera.

46

RERVM expetendarum tria sunt genera. Nam
est quiddam, quod sua ui nos alliciat ad sese, non emo-
lumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate:
quod genus, uirtus, scientia, ueritas est. Aliud autem
non propter suam uim & naturam, sed propter fru-
ctum atque utilitatem petendum: quod pecunia est.
Tertium est ex horum partibus iunctum, quod &
suauis, & dignitate nos inductos ducit, & præ se ge-
rit quandam utilitatem, quô magis expetatur: ut am-
icitia, bona existimatio. 2. de inuent.

Vitis

Vitia, virtutis speciem plerunq;
induunt.

47

CERNENDA sunt diligenter, ne ea nos fallant
uitia, quæ uirtutem uidentur imitari. Nam & pru-
dentiam malitia; & temperantiam immanitas in uo-
luptatibus aspernandis; & magnitudinem animi sua
perbia in animis extollendis, & despicientia in con-
temnendis honorib. & liberalitatem effusio; & for-
titudinem audacia imitatur, & religionem superstitio:
studijsq; bonis similia uidentur ea, quæ sunt in eo
genere nimia. In Partit.

Astutiæ tollendæ sunt, eaq; malitia, quæ uult quidē
uideri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distatq; plu-
rimum: nec ulla pernicies uitæ maior inueniri potest
quàm cum in malitia inest simulatio. 3. Offic.

Omnibus ueris falsa quædam adiuncta sunt, tanta
similitudine, ut nulla insit iudicandi & assentiendi
nota. 1. de Nat. deor.

Finitima sunt falsa ueris. 4. Academ.

Voluptas.

48

IMITATRIX est boni uoluptas, malorum ma-
ter omnium, cuius blanditijs corrumpuntur quæ na-
tura bona sunt. 1. de Leg.

Malorum esca uoluptas: qua homines capiuntur,
ut hamo pisces. Cato Maior.

Voluptate capimur omnes. 1. de Leg.

Voluptates blandissimæ domine sepe maiores
partes

partes animæ à uirtute detorquent. 2. Offic.

Maximas uirtutes iacere oportet, uoluptate domi-
nante. Ad Attic. lib. 5.

In uoluptatis regno non potest uirtus consistere.
Cato Maior.

Qui uoluptati deditus est, huic omnia sensu non
ratione sunt iudicanda, eaq; dicenda optima, quæ sunt
suauissima. 2. de Finib.

Impedit consilium uoluptas, rationi inimica: ac
mentis, ut ita dicam, perstringit oculos, nec habet ul-
lum cum uirtute commercium. Cato Maior.

Semouenda est uoluptas, non solum ut recta sequa-
mur, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. 2. de Fin.

Quo maior est uoluptas, eo magis mentem à sua
sede & statu dimouet. Parad. 1.

Non est necesse tanquam meretricem. 2. de Finib.
in Simil. 46.

Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diem
totum uelit esse in uoluptate. 2. de Finib.

Non est eius, qui dolore summum malum metiatur,
mentionem facere uirtutis. 3. Tusc.

Qui uoluptatibus ducuntur, & se uitiorum ille-
cebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt, missos fa-
ciant honores, nec attingant remp. patiantur uiros
fortes labore, se otio suo perfrui. Pro Sest.

Nihil altum, nihil magnificum ac diuinum suspice-
re possunt, qui omnes suas cogitationes abiecerunt in

E rem

rem tam humilem, tam contemptam. In Lælio.

Fieri non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, litteris operam dare possit. nec est alia caussa, cur in tantis præmijs eloquentiæ, tanta uoluptate dicendi, tanta laudæ, tanta gloria, tanto honore tam sint pauci, semperq; fuerint, qui in hoc labore uersarentur. Omittendæ enim sunt omnes uoluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam penè omnium familiarium deserendus: quæ res, in hoc genere homines à labore. studioq; deterret. Pro M. Cælio.

Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus conuiuere: & multarum rerum iucundissimarum uarietatem dedit, quibus non modò prima ætas, sed iam corroborata caperetur. Pro M. Cælio.

Pleriq; propter uoluptatem & paruam et non necessariam, tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrunt: sæpe etiam legum, iudiciorumq; pœnis obligantur. 1. de Finib.

Nulla capitalior pestis, quam corporis uoluptas hominibus à natura data est. Cato Maior.

Vitium uentris & gutturis non modò minuit ætatem hominibus, sed etiam aufert. Pro M. Cælio.

Voluptatem dimittamus, & suis se finibus tenere iubeamus, ne blanditijs eius illecebrisq; capiatur animi uoluptas. 3. de Finib.

Amores & deliciae maturé & celeriter deflorescunt. pro M. Caelio.

Fluit uoluptas, & prima quæq; euolat: sæpiusq; relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi. 2. de Finibus.
Vnâ cum satietate moritur memoria uoluptatis. 2. Officiorum.

Omnibus in rebus uoluptatibus maximis fastidium finitimum est. 2. de Oratore.

Nos omnes uoluptate quemadmodum natura capiuntur, plura primo de Finibus.

Animus.

49

Opus est te animo ualere, ut corpore possis. Cicerone C. Tironi, Famil. 16.

Ex anima constamus & corpore. 4. de Finibus.

Constamus ex animo & corpore. 3. Tusculanae.

Animus est rationis compos & particeps, quo nihil ab optimo & sapientissimo genitore melius est procreatum. De Uniuerso.

Mente nil homini dedit Deus ipse diuinius. 3. Officiorum.

Nobis Deus, siue mater rerum omnium natura dedit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius. Parad. 1.

Animus est ingeneratus à Deo. 1. de Legibus. in prijs Sentent. 35.

Est animus celestis. Ca. Maior. in prijs 36.

Dij immortales. C. Maior. in prijs 26.

Humanus animus decerptus ex mente diuina. 3.

Tusc.

F 2

ANIMUS

Animus cum est secum. I. Tusc. in Pijis 41.

Nulla est celeritas. I. Tusc. in Pijis 38.

Duae sunt viae. I. Tusc. in Pijis 60.

Oportet ut ipsa se mens. 5. Tusc. in Pijis 39.

Eorum animi. Som. Scip. in Pijis 61.

Animus solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Cato Maior.

Omnia animi immortales sunt: sed bonorum fortiumque diuini. 2. de Leg.

Bonorum uirorum mentes mihi diuinae atque aeternae uidentur, et ex hominum uita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrare. Pro C. Rabirio.

Sic habeto, te non esse mortalem, sed corpus hoc. Somn. Scipion.

Corpus hoc est mortale: animi uero motus, sempiterni. Pro Sestio.

Nihil interest, motu animi sublato, inter pecudem et hominem: sed ne inter hominem et saxum aut truncum, aut quiduis generis eiusdem. In Laelio.

Duplex est uis animorum: una pars in appetitu posita, altera in ratione, quae docet et explanat quid faciendum fugiendumue sit: ita fit ut ratio praesit, appetitus uero obtemperet. I. Offic.

Est animorum ingeniorumque nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio contemplatioque naturae: doctusque homini et erudito cogitare, est uiuere. Sapientis enim cogitatio non ferme ad inuestigandum

dum adhibet oculos aduocatos. 4. Acad.

Animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco uult, consistere omnino. 4. Tusc.

Animus aeger. 3. Tusc. in Apoph. 124.

Quemadmodum oculus conturbatus. 3. Tusc. in Similib. 33.

Animi morbi, sunt cupiditates immensæ, inanes diuitiarum gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam uoluptatum: accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, quæ animos exedunt, conficiuntq; curis. 1. de Fi.

Aegris corporibus simillima est animi ægritudo. 1. de Finibus.

Aequè animo dolemus, dū corpore dolemus. 3. Off.

Errat, qui ullum aut corporis, aut fortunæ uitium animi uitijs grauius existimat. 3. Tusc.

Morbi perniciosiores pluresq; sunt animi quàm corporis. 3. Tusc.

Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. 3. Tusc.

Animi lineamēta pulchriora sunt, quàm corporis. rectè solus liber, nec dominationi cuiusquam parens, neq; obediens cupiditati: rectè inuictus, cuius etiamsi corpus constringatur, animo tamen uincula inijci nulla possunt. 3. de Finib.

Corpori tantum præstat mentis excellens perfectio, ut uix possit cogitari quid intersit. 5. de Fin.

Deus & ortu & uirtute antiquiorem genuit ani-

num, eumq; ut dominum atq; imperantem obedienti
præfecit corpori. De Vniuers.

Vt multò maiora sunt opera animi, quàm corporis:
sic eæ res, quas persequimur ingenio ac ratione, gra
uiores sunt, quàm hæ, quas uiribus. 2. Offic.

Quò maior est uis animi, quàm corporis: hoc sunt
maiora ea, quæ concipiuntur animo, quàm illa, quæ
corpore. Philip. II.

Cum multum animus corpori præstet. 2. de Leg.
in pijs Sentent. 22.

Non uiribus, Cato Maior. Consilium. 26.

Maior est animi uoluptas, quam corporis. 2. de Fin.

Voluptate animi nulla potest esse maior. C. Maior.

Corpore nihil nisi præsens & quod adest, sentire
possumus: animo aut et præterita & futura. 1. de Fi.

Corpus tandiu gaudet, dum præsentem sentit uo
luptatē: animus & præsentem percipit pariter cum
corpore, & prospicit uenientē, nec præteritam præ
terfluere sinit. 5. Tuscul.

Corpus est quasi uas animi, aut aliquod receptac
ulum. 1. Tusc.

Deus animum conclusit in corpore. De Vniuers.

Exercendum est corpus, & ita efficiendū, ut obe
dire consilio rationiq; possit in exequendis negotijs,
& in labore tolerando. 1. Offic.

Redditur terræ corpus. 2. de Legib.

Formæ dignitas, aut morbo deflorescit, aut uetue
state

state extinguitur. 4. ad Heren.

Ratio.

50

M V N V S animi est, ratione uti. 3. Tusc.

Nihil est, non dicam in homine, sed in omni celo atq; terra, ratione diuinius: quæ cum adoleuit atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. 1. de Leg.

Domina omnium & regina, ratio: connexa per se, & progressa longius, fit perfecta uirtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id uidentium est uiro, uelut seruo dominus, uelut imperator militi, uelut parens filio. 2. Tusc.

Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus. 4. Tusc.

Societatis humanæ uinculum, est ratio & oratio: quæ dicendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines, coniungitq; naturali quadam societate. neq; ulla re alia absumus à natura ferarum. 1. Offic. de Homine 119.

Ratione præstamus beluis. 1. de Leg.

Vt patrimonium homini ab homine relinquitur, sic ratio homini à Deo. 3. de Nat. deor.

Nihil potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscatur. 2. Tusc.

Nihil per se amplum est, nisi in quo iudicij ratio extat. Ad Brutum, Famil. 16.

Plus apud nos uera ratio ualeat, quàm uulgi opinio. Parad. 1.

F 4

Gravior

Grauior & ualidior est decem uirorum bonorum sententia, quam totius multitudinis imperitæ. Pro Pl.

Sunt homines, qui rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiarum conuertunt. 3. de Nat. deor.

Appetitus rationi obediant.

51

APPETITVS omnes contrahendi sedandiq; sunt, excitandaque est animaduersio & diligentia, ut ne quid temerè ac fortuito, incōsideratè, negligenterq; agamus. I. Offic.

Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant, sintq; tranquillī, atq; omni perturbatione animi careant: ex quo elucebit omnis constantia, omnisq; moderatio. I. Offic.

Tu in hanc sententiam plura lege primo Officiorum, capite, Duplex est enim.

Moderari animo & orationi, cum sis iratus, aut etiam tacere & tenere in sua potestate motum animi & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ, tamē nō est mediocris ingenij. Ad Qu. frat. epist. I.

Animum uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare, aduersarium non modò extollere iacentē, sed etiam amplificare eius pristinā dignitatem, præclarum est. hæc qui faciat, non ego eum summis uiris comparo, sed simillimum Deo iudico. Pro Marc.

Si quis hoc robore animi est, atq; hac indole uirtu-

tis ac

tis ac continentia, ut respuat omnes uoluptates, omnemq; uitæ suæ cursum in labore corporis atq; in animi contentione conficiat, quem non quies, non remissio, non equalium studia, non ludi, non conuiuia delectent, nihil in uita expetendum putet, nisi quod est cum laude & honore & cum dignitate cõiunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum atq; ornatum puto. Pro M. Cælio.

Regium est ita uiuere, ut non modò homini, sed ne cupiditati quidem seruias: contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere: populi utilitati magis consulere, quàm uoluptati: nemini cedere: multis obsistere. Pro Sylla.

Refrænet primùm libidines. Parado. penul. Imperator. 30.

Esse abstinentem, cõtinerere omnes cupiditates, præclarum magis est, quàm difficile. Ad Qu. fra. Epist. I.

Cum præcipitur, ut nobismetipsis imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coërceat temeritatem. 2. Tusc.

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modò singulos homines, sed uniuersas familias euertunt, totam etiam labefactant remp. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. Nec hæ sese foris solum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam animis inclusæ inter se dissident atq; discordant. I. de Finib.

Semper in officio manendum.

52

F 5

Nulla

*N*ULLA uitæ pars, neq; publicis, neq; priuatis, neque forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, uacare officio potest. In eoq; excolendo sita est uitæ honestas omnis, & in negligendo turpitude. 1. Offic.

Nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec similitate à uia recta ostendemus oportere deduci: nec ab ulla re honesta, periculi aut laboris magnitudine. 3. ad Herenn.

Nulla casu arbitror hoc constanti homine posse contingere, ut ulla intermissio fiat officij. In Lelio.

Nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cicero Cornifi. Famil. 12.

Pericula, labores, dolorem etiam optimus quisq; suscipere mauult, quam deserere ullam officij partem. 1. de Finib.

Artium studio à rebus agendis abduci, contra officium est. 1. Offic.

Si quis omittis. 1. de Inu. Vide Doctus inuisus. 24.

Et benè & honestè uiuendum. 53

*O*PTIMA uiuendi ratio est eligenda: eam iucundam consuetudo reddet. 4. ad Herenn.

Omnis nostra cura debet in hoc uersari semper, si possumus, ut boni aliquid efficiamus. sin minus, ut certè nihil mali. 2. de Orat.

Semper ita uiuamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. 4. Act. in Verr.

Non ob ea solum incōmoda. 1. de Fin. Vide Impij. 3.

Si impietas. 3. de Finib. Vide Impij. 3.

A recta conscientia transfuersum unguem non oportet quenque in omni uita sua discedere. Cicer. ad Attic. lib. 13.

Nobis persuasum esse debet, si deos, hominesq; celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum: honesta bonis, non occulta quæruntur. 3. Offic.

Improbum est, relinquere honestatem propter utilitatis magnitudinem. 3. Offic.

Tu honestatem utilitati præferendam esse disces ex tertio Officiorum.

Sobrie viuendum.

54

ESSE OPORTET ut uiuas, uiuere non ut edas.

4. ad Herenn.

Victus cultusq; corporis ad ualetudinem referantur & ad uires, non ad uoluptatem. 1. Offic.

Tantum tibi & potionis adhibendum est, ut resistantur uires, non opprimantur. Ca. Maior.

Iucunditas uictus est in desiderio, & non in facie tate. 5. Tuscul.

Cibi condimentum est fames: potionis, sitis. 2. de Finibus.

Darius. 5. Tusc. in Apoph. 59.

Ptolemæo 5. Tusc. in Apoph. 60.

Timotheum. 5. Tusc. in Apoph. 58.

CUM

Cum Dionysius. 5. Tusc. in Apoph. 61.

Non intelligunt homines, quam magnum uectigal sit parsimonia. Parad.

Queritur in re domestica, continentiae laus: in publica, dignitatis. Pro Flacco.

Omniū perturbationum fons est intemperantia, quæ est à tota mente, etiã à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec cōtineri queant. 4. Tusc.

Mente recte uti non possumus, multo cibo & positione completi. 5. Tusc.

Quæ uirum forma deceat, & qui uictus esse debeat, primo Officiorum lege, capite, Cum autem.

Turpitude fugienda. 55

NIHIL est tam tetrum, nihil tam aspernandum, nihil homine indignius, quam turpitude. 2. Tusc.

Nihil est tã cōtra naturã, quam turpitude. 3. Off.

Nihil est detestabilius dedecore. Phil. 3. (Phi. 7.

Periculũ minus fugiendum est, quam turpitude.

Ne turpitude suscipiatur uitæ cupiditate. Phil. 13.

Nihil est malũ, nisi q̄ turpe aut uitiosum est. 2. Tusc.

Si unum in locum collata sint omnia mala, cum turpitudinis malo non erunt comparanda. 2. Tusc.

Misera est ignominia iudiciorum publicorum. & cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & æstimatio cū bonis simul possidetur. Pro Quint.

Nemo est tã agrestis. In Parad. Vide Ignomi. 207.

Not

Non peccandum.

56

*PECCARE est tanquam transilire lineas. Par. 3.**Peccare certè licet nemini. Parad. 3.**Accipere præstat, quàm facere iniuriam. 5. Tusc.**Peccati dolor & maximus & æternus est. Ad Atticum, lib. II.**Quæ parua uidentur esse delicta, neq; à multis intelligi possunt, ab ijs etiam diligentius est declinandum. I. Offic.*

Temperantia.

57

*TEMPERANTIA est moderatrix omniũ comotionum. 5. de Finib.**Est temperantia libidinum inimica. 3. Offic.**Temperantia est, quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis ut rationem sequamur, monet, quæ animis pacem affert, & eos quasi quadam concordia placat ac lenit. I. de Finib.**Nihil reperiri potest tam exiguum, quàm istam uirtutem, moderatricem animi temperantiam, non latere in tenebris, neq; esse abditam, sed in luce. Ad Qu. frat. Epist. I.**Quemadmodum temperantia. 4. Tusc. in Simil. 38.**Frugalitatis esse uidetur propriũ, motus animi appetentes regere & sedare, semperq; aduersantẽ libidini, moderatã in omni re seruare constantiã. 3. Tusc.**Eas tres uirtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam frugalitas est complexa. 3. Tusc.*

NON

Non potest temperantiam laudare is, qui ponit summum bonum in uoluptate: est enim temperantia, libidinum inimica. 3. Offic.

Qui uoluptatem summum bonum statuit, esse temperans nullo modo potest. 1. Offic.

Quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis uelit, qui dolor summum malum sibi esse persuaferit? 2. Tusc.

Mediocritas optima regula.

NIHIL est quod tam deceat, quam omni in re seruare constantiam. 1. Offic.

His rebus, quæ tractantur in uita, modum quendam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conseruabimus. 2. Offic.

Mediocritas ad omnem usum cultumque uitæ referenda est. in omnibus rebus mediocritas est optima. 1. Officiorum.

Modus est optimus, decus ipsum tenere, nec progredi longius. Orat. ad Brutum.

Suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. De Orat.

Tu quæ sint in omni actione seruanda, lege primo Officiorum capite, In omni autem actione.

Verecundia.

CUSTOS uirtutum omnium, dedecus fugiens, et laudem maximam consequens, uerecundia est. In Partit. Orat.

Modus

Moderator cupiditatis est pudor. 2. de Finib.

Sine uerecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. 1. Offic.

Maximum amicitiae ornamentum tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. itaq; in ijs perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumq; omnium patere in amicitia licentiam. In Lelio.

Saepe uidemus fractos pudore, qui nulla ratione uincerentur. 2. Tusc.

Pudor in bello est maximè periculosus. Planc. Ciceroni. Famil. 10.

Graue est homini pudenti, petere aliquid magnè ab eo, de quo se bene meritum putet: ne id quod petit, exigere magis, quam rogare, & in mercedis potius, quam beneficij loco numerare uideatur. Cicero Curioni, Famil. 2.

Iustitia.

60

IUSTITIA uirtus omnium est domina & regina uirtutum. 3. Offic.

Iustitia omnium uirtutum caussa atq; sentina est. 1. de Legibus.

Excellentissima uirtus iustitia. 1. de Nat. deor.

Iustitia sine prudentia plurimum poterit: sine iustitia nihil ualebit prudentia. 2. Offic.

Fundamentum perpetuae commendationis & fame est iustitia, sine qua nihil esse potest laudabile. 1. Off.

Iustitiae inest splendor uirtutis maximus, ex quo
boni

boni uiri nominantur: cuius primum munus est, ut ne
cui quis noceat, nisi laceſſitus iniuria: deinde ut com-
munibus pro communibus utatur, priuatis autem
ut ſuis. 1. Offic.

Iuſtitia, ex qua una uirtute uiri boni appellantur,
mirifica quædam res multitudini uidetur: nec iniu-
ria: quis eſt enim, qui non admiretur ſplendorem pul-
chritudinemq; uirtutis? 2. Offic.

Solitario homini atq; in agro uitam degenti opi-
nio iuſtitie neceſſaria eſt. Atq; ijs etiam, qui uendunt,
emunt, conducunt, locant, contrahendisq; negotijs im-
plicantur, iuſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt:
cuius tanta uis eſt, ut nec illi quidem, qui maleficio
& ſcelere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula iu-
ſtitie uiuere. 2. Offic.

Iuſtitie partes ſunt, non uiolare homines. 1. Offic.

Totius iuſtitie nulla eſt capitalior peſtis, quam
eorum, qui tum, dum maximè fallunt, id agunt ut bo-
ni uiri uideantur. 1. Offic.

Omnia officium, quod ad conuentionem hominum
& ad ſalutem tuendam ualet, anteponendum eſt illi
officio, quod cognitione & ſcientia continetur: offi-
cijiſq; ſcientie anteponenda ſunt officia iuſtitie: con-
ſideratè enim agere plus eſt, quam cogitare pruden-
ter. 1. Offic.

Tu quæ dicantur propriè iuſtitie & officia & muneræ, leges
pleniffime apud Ciceronem in libris Officiorum.

Pietas

Pietas.

61

PIETAS est fundamentum omnium uirtutum.
parentem ut Deum uereri, atque non multo secus ac
parentes, liberos amare debemus. Pro Planc.

Pietati summa tribuenda laus est. 2. de Orat.

Omnibus est amor pietas. Cic. C. Cassio, Fa. ep. 15.

Pietate aduersus deos sublata, fides etiam & socie-
tas generis humani, & una excellentissima uirtus in-
stituta tollatur necesse est. 1. de Nat. deor.

Pietas grata est Deo. 2. de Leg. de Deo 1.

Pietas maximè & religio. 2. de Leg. in Apop. 64.

Humanitas & clementia. 62

HOMINES ad deos nulla re propiùs accedunt,
quàm salutem hominibus dando. Pro Lig.

Nihil est tam regium, tam liberale, tamq; munifica-
cum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos,
dare salutem, liberare periculis homines. 1. de Orat.

Nihil est tam deforme, quàm ad summum imperi-
um acerbitatem naturæ adiungere. Ad Qu. fra. ep. 1.

Rectè præcipere uidentur, qui monent quantò su-
periores simus, tantò nos summissius geramus. 1. Offi.

Qui plus propter uirtutem nobilitatemq; pos-
sunt, eo minus quantum possint, debent ostendere.

Pro Quinctio.

In bonis fortunæ summa laus est, non extulisse se
in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se
prætulisse alijs propter abundantiam fortunæ: ut opes

G

G COA

et copiae, non superbia uideantur ac libidini, sed bonitati ac modrationi facultatem ac materiam dedisse. 2. de Orat.

Nihil est laudabilius, nihil magno et praeclaro uiro dignius placabilitate et clementia, quae ita probanda est, ut adhibeatur reip. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. 1. Offic.

In rebus prosperis, et ad uoluptatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiam fugiamus. nam ut aduersas. sic secundas res immoderate ferre, leuitatis est: praeclaraque est aequabilitas in omni uita, et idem semper uultus, eademque frons. 1. Offic.

Omnibus est odio crudelitas, et amori pietas et clementia. Cic. C. Cassio, Famil. lib. 15.

Est hominum naturae maxime inimica crudelitas.

3. Officiorum.

Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere uero iacentes aut praecipitantes impellere, certe est inhumanum. Pro C. Rab. Postum.

Amor & amicitia.

63

AMICITIA nihil aliud est, nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia et caritate summa consensio, qua quidem haud scio an excepta sapientia, quidquam melius homini sit à dijs immortalibus datum. in Laelio.

Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus.

Nihil

Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas. In Lælio.

Quæ uidentur utilia, honores, diuitiæ, uoluptates, & cetera generis eiusdem, hæc amicitia nunquam anteponenda sunt. In Lælio.

Amicitia plurimas res continet: quoquò te uerte ris præstò est: nullo loco excluditur, nunquam intempestiua, nunquam molesta est. itaq; non aqua, nõ igni, nõ aëre (ut aiunt) pluribus locis utimur, quàm amicitia. nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, cõmunicansq; leuiiores. Nec debilitare animos, aut cadere patitur: uerumetiam iam amicũ qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egenætes abundant, & imbecilles ualent, &, quod difficilia, mortui uiuunt. In Lælio.

In amicitia omnia insunt, quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi atq; iucunditas: ut cum hæc adsint, beata uita sit, & sine ijs esse non possit. In Lælio.

De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, & ij qui ad remp. se contulerunt, & ij, qui rerum cognitione doctrinaq; delectantur, & ij, qui suum negotium gerunt otiosè: postremo ij, qui se totos tradiderunt uoluptatibus, sine amicitia uitam esse nullam sentiunt, si modo uelint aliqua ex parte liberaliter uiuere. Serpit enim nescio quo modo per omnium

uitam amicitia, nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. in Lælio.

Laus & caritas sunt uitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. 1. de Finib.

Amicitie præsidium est firmissimum. 1. de Finib.

Rerum omnium nec aptius est quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri. 2. Offic.

Carum esse ciuem, bene de rep. mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est: metui uerò, in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. 1. Philip.

Diligi, & carum esse, iucundum: propterea quòd tutiorem uitam & uoluptatem efficit pleniorum. 1. de Finib.

Sine amicorum beneuolentia, neq; in aduersa, neq; in secunda fortuna quisquam uiuere potest. Marcel. Ciceron. Famil. lib. 4.

Amicitia colenda est, quòd sine ea tutò, et sine metu uiui non possit, ne iucundè quidem. 2. de Finib.

Nulla potest esse iucunditas, sublata amicitia. Pro Plancio.

Quis est, prò deùm fidem, qui uelit ut neq; diligat quenquam, ne ipse ab ullo diligatur: circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia uiuere? Hæc enim est tyrannorum uita, nimirum in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis beneuolentia potest esse fiducia: omnia semper suspecta atq;

solicita

solicita sunt, nullus locus amicitiae. In Lelio.

Omnis ratio & institutio uitae adiumenta hominum desiderat. in primisq; ut habeas quibuscum familiares conferre possis sermones. 2. Offic.

Nulla modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem uitae tenere possumus. Nec uero ipsam amicitiam tueri, nisi aequè amicos ac nos ipsos diligamus. 1. de Finib.

Nullius opes tantae fuerunt, aut tantae esse possunt, quae sine multorum amicorum officijs stare possint. Pro Plancio.

Omniū rerum, quas ad beatè uiuendum natura parauit, nihil est maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius: cum solitudo & uita sine amicis insidiarū & metus plena sit. Ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus partis, conseruatur animus, et à se parendarum uoluptatum seiungi non potest. 1. de Fin.

Maximum est bonum amicitia: plurimae sunt delectationes in ea. 1. de Inuent.

Amicitia nihil est uberius. Cic. Ap. Pulch. Fam. 3.

Hec est una uia & laudis & honoris & dignitatis à bonis uiris & sapientibus, & bene à natura constitutis laudari & diligere. Pro Sestio.

Violari amicitia, apud maiores nostros nefas erat.

Cic. Ap. Pulchro Famil. lib. 3.

(Ph. 2.

Violare amicitia, hoc grauissimum crimen iudico.

Quibus in rebus ipsi interesse nō possumus, in his

G 3 opera

operæ nostræ uicaria fides amicorum supponitur: quam qui ledit, oppugnat commune omnium præsidium, & quantum in ipso est, disturbat uitæ societatem: non enim possumus per nos omnia agere. Alius in alia re est magis utilis. Idcirco amicitie comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernentur. Pro Rosc. Amerino.

Quoniam res humanæ fragiles caducæq; sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. caritate enim beneuolentiæq; sublata, omnis est e uita sublata iucunditas. In Lelio.

Ea est iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit. I. Offic.

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmitior, quam cum uiri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. nihil enim amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. I. Offic.

Nihil est aptius uitæ, nihil ad beatè uiuendum accommodatius, quam cum uiris bonis, iucundis, amantibus nostri uiuere. Cic. Papi. Pæto, Famil. lib. 9.

In quibus sunt eadem studia, eadem uoluntates, in his fit, ut æquè quisq; altero delectetur ac se ipso: efficiturq; id, quod Pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. I. Offic.

Nihil minus hominis esse uidetur, quam nõ respondere in amore ijs, à quibus prouocere. Cic. ad Brut.

Beneuolentiam non adolescentulorum more, arde

re quæ

re quodam amoris, sed stabilitate potius & constan-
tia iudicemus. I. Offic.

Eodem modo erga amicum affecti simus, quo era-
ga nosmetipsos: & nostra in amicos benevolentia ill-
lorum erga nos benevolentiae pariter equaliterq; re-
spondeat. In Lelio.

Est in amicitia necessariū, ut alter nihilo sese plus
quam alterum diligat. quod si tantillum intersit, iam
amicitiae nomē occiderit: cuius est ea vis, ut simulatq;
sibi aliquid, quam alteri, maluerit, nulla sit. I. de Leg.

Vetus est lex illa iustae ueræq; amicitiae, ut idem
amici semper uelint: neq; est ullum certius amicitiae
vinculum, quam consensus & societas consiliorum et
uoluntatum. Pro Planc.

Non est sancta amicitia, nisi ipse amicus per se
ametur toto pectore, ut dicitur: qui quidem amandus
est, desperatis emolumentis & fructibus. I. de Leg.

Amicorum bona communia. I. Offic.

Confirmata amicitia & perspecta fide, commemo-
ratio officiorum superuacanea est. Cicero Ap. Pula-
chro, Famil. lib. 3.

Odiosum est sanè genus hominum officia expro-
brantium, quae meminisse debet is, in quem collocata
sunt, non commemorare qui contulit. In Lelio.

Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius se-
quuti sunt, hi simulatq; fortuna elapsa est, deuolant
omnes. Cum enim recessit res ea, quae fuit consuetudi-

nis caussa, nihil superest quare possint in amicitia re-
tineri. 4. ad Herenn.

Vt hirundines. 4. ad Heren. in Simil. 93.

Non facile dijudicatur amor uerus & fictus, nisi
aliquod incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurū igne,
sic beneuolētia fidelis periculo aliquo perspicui possit,
cetera sint signa communia. Cic. Pa. Pæto, Fam. lib. 8.

Amicus certus in re incerta cernitur. In Lelio.

Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quē
ames, nulla indigētia, nulla utilitate quæsitā. In Lel.

Nihi est aliud amare, à quo amicitia nomen dictū
est, nisi uelle bonis aliquem affici quā plurimis, eti-
am si ad se ex ijs nihil redeat. 2. de Finib.

Carum ipsum uerbum est amoris, ex quo amicitia
nomen est ductum quam si ad fructum nostrum refe-
remus, non ad illius commoda, quem diligimus, non
erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum
suarum. Prata, & arua, & pecudum greges diligen-
tur isto modo, quòd fructus ex ijs capiuntur: hominū
caritas & amicitia gratuita est. 1. de Nat. deor.

Etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi
amici propter seipsos amentur. etenim si loca, si fa-
na, si urbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos,
si ludicra exercendi aut uenandi consuetudine ad-
mare solemus: quanto id in hominum consuetudine fa-
cilius fieri poterit, & iustius? 1. de Finib.

Me ipsum ames oportet, non mea, si uerē amici fue-
turi

turi simus. 1. de finibus

Si fructibus & emolumentis & utilitatibus amicitias colemus, si nulla caritas erit quæ faciat amicitiam ipsam sua sponte, ui sua, ex se, & propter se expetendam: non dubium est quin fundos & insulas amicis anteponamus. 2. de Finib.

Amicitia nō sub dubia utilitatis ratiōe effici solet, sed ipsa ex se oritur, & sua sponte nascitur. 2. de Fi.

Pleriq; in rebus humanis nihil quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit: & amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. ita pulcherrima illa & maximè naturali carent amicitia: nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc uis amicitie qualis & quanta sit. Ipse enim se quisq; diligit, non ut aliquā à seipso mercedē exigat caritatis suæ, sed quod per se sibi quisq; carus est: quod nisi idem in amicitiam transferatur, uerus amicus nunquam reperietur. In Lælio

Est honestius de amicorū pecunia laborare, quàm de sua. Cic. ad Brut. Famil. lib. 13.

Multi uitam neglexerunt, ut eos, qui his cariores, quàm ipsi sibi essent, liberarent. Part. Orat.

In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitie fores aperiantur. Cic. ad Brut. Famil. lib. 13.

Cum in amicitia quæ honesta non sunt postulatur, religio & fides anteponatur amicitie. 2. Offic.

Si in hominibus eligendis nos spes amicitiae fefellerit, ut uindicemus, missos faciamus. 4. Act. in Verr.

Amicitias, quae minus delectant, & minus probantur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente praescindere. Cauendum erit igitur, ne non solum amicitiae depositae, sed inimicitiae etiam susceptae uideantur. nihil est enim turpius, quam cum eo bellum gerere, qui cum familiariter uixeris. 1. Offic.

Vna ista sit cautio, atque una prouisio in amicitia, ut ne nimis citò diligere incipiamus, neue non dignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. In Lelio.

Nihil est, quod studio & beneuolentia, uel amore potius effici non possit. Cic. Rutilio, Famil. 13.

Sine studio & ardore quodam amoris, in uita nihil quidquam fit egregium. 1. de Orat.

Tu de amicitiae amicorumque officijs pluralege apud Ciceronem in dialogo, qui Laelius inscribitur. est enim Cicero in eius laudibus multus.

Adulatio.

64

NULLA in amicitijs pestis est maior, quam assentatio, blanditiae, adulatio. In Lelio.

Simulatio, amicitiae repugnat maximè: delet enim ueritatem, sine qua nomen amicitiae ualere non potest. In Lelio.

Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad uoluptatem dicitur, uult esse magnum. In Lelio.

CAUTIO

Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est: tales enim nos esse putamus, ut iure laudemur. In Lælio.

Assentatio quamuis perniciofa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atq; ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas, maximè qui ipse sibi assentetur, & se maximè ipse delectet. In Lælio.

In obsequio comitas adsit, assentatio uitiorum adiutrix procul amoueat, quæ non modò amico, sed ne libero quidem digna est. In Lælio.

Turpis est assentatio. Ad Attic. lib. 13.

Blanditia cum uitiosa sit ac turpis in cetera uita, tamen in petitione magistratus est necessaria: beneuolentiam tamen ciuium blanditijs & assentationibus colligere, turpe est. De petit. Consul.

Mihi hereditates non honestæ uidentur, si sunt blanditijs officiorum, non ueritate, sed simulatione acquisitæ. 3. Offic..

Liberalitas.

65

LIBERALITATE nihil est naturæ hominis ac cõmodatius, sed habet multas cautiones. Videndũ est enim primũ, ne obsit benignitas, et ijs ipsis, quibus uidebitur benignè fieri, & ceteris. nam qui alijs nocent, ut in alios liberales sint, non benefici neq; liberales, sed perniciosi iudicãdi sunt. Deinde ne maior sit benignitas quàm facultas. nã qui benigniores esse uolunt,

uolunt, quàm res patiatur, primò in eo peccant, quòd iniuriosi sunt in proximos. Videre etiã licet plerosq; non tam natura liberales, quàm quidam gloria inductos: ut benefici uideantur facere multa, quæ uidentur magis proficisci ab ostentatione, quàm à uoluntate. Tum illud unũ considerandum est, ut pro dignitate cuiusque tribuatur, in quo mores erunt spectandi eius, in quem beneficium conferetur. 1. Offic.

Danda est opera, ut ijs beneficijs quàm plurimos afficiamus, quorum liberis posterisq; prodatur memoria. 2. Offic.

Liberalitate qui utuntur, beneuolentiam sibi conciliant, & (quod aptissimum est ad quiete uiuendum) caritatem. 1. de Finib. (de Fin.

Beneficium & gratia uincula sunt concordia. 2.

Ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est. 4. in Verr.

Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire nõ possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus. sequuntur enim largitionem rapinae. Cum enim dando egere coeperint homines, alienis bonis manum asferre coguntur, nec tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. 2. Offic.

Cui res erepta est, est inimicus: cui data est, etiam dissimulat se accipere uoluisse. 2. Offic.

Bene precipit Ennius, ut quidquid sine detrimento possit

possit commodari, id tribuatur uel ignoto. ex quo
sunt illa communia: Non prohibere aquam proflua-
entem: Pati ab igne capere ignem: Si quis uelit con-
siliū fidele deliberanti dare: quæ sunt ijs utilia qui
accipiunt, danti non molesta. Cuius uersus non pude-
bit subscribere,

Homo qui erranti comiter monstrat uiam,

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit

Vt nihilo minus ipsi luceat, cū illi accēderit. 1. Off.

Sunt multi splendoris & gloriæ cupidi, qui eripiūe
ab alijs, quod alijs largiantur: ijq; arbitrantur, se be-
neficos in suos amicos uisum iri, si locupletent eos,
quacunq; ratione. Id aut tantum abest ab officio, ut
nihil magis officio possit esse contrarium. 1. Offic.

Propensior liberalitas esse debet in calamitosos,
nisi forte erunt digni calamitate. benefacta enim, ut
ait Ennius, malè locata, malefacta sunt. 2. Offi.

Melius apud bonos, quàm apud fortunatos bene-
ficium collocari puto. 2. Offic.

Liberalis est, qui suis facultatib. aut captos à præ-
donibus redimit, aut æs alienum suscipit amicorum
caussa, aut in filiarum collocatione adiuuat, aut opie-
tulatur uel in re querenda, uel augenda. 2. Offic.

Tu si quid requiris amplius, leges primum & se-
cundum Officiorum.

Prodigus

66

PRODIGI sunt, qui pecunias profundunt in eas
res,

res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sunt relicturi omnino. 2. Offic.

Largitio fundum non habet. 2. Offic.

Multi patrimonia sua effuderunt inconsultè largiendo. 2. Offic.

Sequuntur largitionem rapinae. 2. Offic.

Ne eos fideles tibi putes. 2. Offic. In Apoph. 72.

In referenda gratia quales esse debeamus.

67

IN COLLOCANDO beneficio, et in referenda gratia, hoc maximè officij est, ut quisq; opis maximè indigeat, ita ei potissimùm opitulari: q; contra sit à plerisq;. à quo enim plurimū sperant, etiam si illi ijs non egent, tamen ei potissimùm inseruiunt. 1. Offic.

Quis est qui inopis & optimi viri causa. 2. Offic. Vide Corrupti mores. 114.

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habendi, & in primis quo quisque studio, uel beneuolentia fecerit ponderandum est. multi enim multa faciunt temeritate quadam, sine iudicio uel modo in omnes: uel repentino quodam impetu animi, quasi uento incitati: quæ beneficia æquè magna non sunt habenda atque ea, quæ iudicio, consideratè constanterq; delata sunt. 1. Offic.

In referenda gratia, si modò Hesiodo credimus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferunt, quàm acceperunt. Etenim si in eos, quos speramus

nobis

nobis profuturos, nō dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? 1. Offic.

Hesiodium illud laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiorē, si possis. De claris Orat.

Leue est onus, beneficij gratia. Pro Plane.

Sera gratulatio reprehendi non solet, praesertim si nulla negligentia praetermissa est. Cicero Curioni, Famil. 2.

Non est æquum, tempore & die memoriam beneficij definiri. Ad Quir. post red.

Vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficij remunerandi: propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari. tum etiam ne tam necessarium quidem est, male meritis, quàm optimè meritis referre quod debeas. Ad Quir. post red.

Aliud pecuniam debere,
aliud gratiam.

68

IN officio persoluēdo dissimilis ratio debitæ pecuniæ est, propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddit, nō habet: gratiam et qui reddit, habet, & qui habet, dissoluit. Ad Quir post red.

Dissimilis est pecuniæ debitio et gratiæ. nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet in eo ipso quod

quod habet, refert. Pro Planc.

Commodè dixit, quicumq; dixit, Pecuniam qui habet, non reddidisse: & qui reddiderit, non habere. Gratiam autem & qui retulerit, habere: & qui habet retulisse. 2. Offic.

Ingratus.

69

NEMO gratiarum immemor, est gratus inuentus. Post red. ad Senat.

Omnes, immemores beneficij oderunt. 2. Offic.

In ingratitude nihil mali non inest. Ad Attic. lib. 8.

Nihil est tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere ut beneficio, non dicam indignus, sed uictus esse uideare. Pro Planc.

Non solum gratus debet esse qui accepit beneficium, uerumetiam is, cui potestas accipiendi fuit. De Prouinc. Consul.

Cui gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt. Philip. 3.

Fortitudo & magnanimitas.

70

VIRI propria maximè est fortitudo: cuius minera duo maxima sunt, mortis dolorisq; contemptio. 2. Tusc.

Est fortitudinis proprium et magnitudinis animi, nihil extimescere, omnia humana despiciere, nihil q; homini accidere possit, intolerandum putare. 3. Offic.

Fortis

Fortitudo est scientia perferendarum rerum, uel affectio animi in patiendo & perferendo, summa legi parens sine timore. 4. Tusc.

Fortitudo est uirtus, pugnans pro equitate. 1. Officiorum.

Fortes & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. 1. Offic.

Nemo poterit esse celsus & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, omnia parua ducere, nisi omnia bona sibi in se posita censebit. 5. Tusc.

Fortes uiri, non tam præmia sequi solent recte factorum, quam ipsa recte facta. Pro Milo.

Est uirorum fortium, uirtute præstare tantum, ut possint fortuæ culpam non extimescere. Philip. 13.

Magna laus & admirabilis uideri solet, tulisse casus sapienter aduersos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. 2. de Orat.

Est uiri fortis, ne supplicij quidem moueri, ut fortiter fecisse pœniteat. Pro Milo.

Qui magno animo est atq; forti, omnia quæ cadere in hominem possunt, despicit, & pro nihilo putat: atq; iste uir altus & excellens magno animo, uere fortis, infra se omnia humana ducit. 3. de Finib.

Homines magno animo erectoq; uiuentes, semper sunt beati, qui omnes motus fortune, mutationesq; rerum & temporum, leues & imbecilles fore intelligant, si in uirtutis certamen uenerint. 5. de Finib.

H EST

Est situm in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucunde ac suauiter meminerimus. 1. de Finib.

Ea, quæ eximia plerisq; et præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione stabili firmaq; contemnere, fortis animi magniq; ducendum est: & ea, quæ uidentur acerba, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapiētis, robusti animi est, magnaq; constantiæ. 1. Offic.

Si qui inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, uires, ualetudinem, pulchritudinē, diuitias, honores, opes contemnere, eaq; quæ ijs contraria sunt, pro nihilo ducere: tum poterunt clarissima uoce confiteri, se neq; fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri: omniaq; sibi in se posita, neq; esse quidquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis. 5. Tusc.

Robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, cum & mortem contemnit, & ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos luctus morte finire, paruos multa habere interualla requietis, mediocrium nos esse dominos, ut si tolerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è uita, cum ea nō placent, tanquam ex theatro exeamus. 1. de Finibus.

Diuitias contemnere, & pro nihilo ducere, magni animi & excelsi est. 3. Offic.

Nihil est tam angusti animi, tamq; parui, quam
amare

amare diuitias. Nihil honestius, magnificentiusq;
quàm pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas,
ad beneficentiam liberalitatemq; conferre. I. Offic.

Maximè admiramur eum, qui pecunia non mouetur: quod in quo uiro perspectū sit, hunc dignum spectatu arbitramur, quòd eas res spernit et negligit, ad quas pleriq; inflammati auiditate rapiuntur. I. Offic.

Tu plura Offic. I. & de Oratore tertio.

Contemptores diuitiarum.

71

MULTI diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus cultusq; delectat. Honores uerò, quorum cupiditate quidā inflammantur, quàm multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil leuius existiment: item cetera, quæ quibusdam admirabilia uidentur, permulti sunt qui pro nihilo putent. In Lælio.

Caduca semper & mobilia hæc esse duxi, non uirtutis atq; ingenij, sed fortunæ ac temporum munera, quorum ego non tam facultatem unquam & copiam expetendam putauì, quàm & in utendo rationem, & in carendo patientiam. Pro Domo sua.

Ambitio.

72

MISERRIMA est omninò ambitio, honorumq; contentio. I. Offic.

Maximè adducuntur pleriq;, ut eos iusticiæ capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum, gloriæ uel cupiditatem inciderint. I. Offic.

Quidquid est huiusmodi, in quo non possunt plu-

res excellere, in eo plerunque fit tanta contentio, ut
difficilimum sit sanctam seruare societatem: difficile
est enim, cum præstare cæteris concupiueris, seruare
æquitatem. 1. Offic.

Multi iniqui. 3. Offic. in Apoph. 81.

Nulla sancta societas. 1. Offic. in Apoph. 120.

Pestis maior esse nulla in amicitijs potest, quàm in
quibusdam honoris certamen & gloriæ: ex quo inimi-
citiæ maximæ sæpè inter amicissimos extiterunt. In
Lelio.

Facilimè ad res iniustas impellitur, ut quisq; est al-
tissimo animo & gloriæ cupido. 1. Offic.

Complures se scelere contaminarunt imperij cupi-
ditate. 3. Offic.

In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil te-
trius, nihil scœdus excogitari potest. 3. Offic.

Cauenda est gloriæ cupiditas: eripit enim liberta-
tem, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse con-
tentio. 1. Offic.

Timida est ambitio, & sollicita cupiditas magistra-
tus: omnia non modò quæ reprehendi palam, sed etia-
am quæ obscure cogitari possunt, timemus: rumo-
rem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus: ora omni-
um atq; oculos intuemur. Nihil est enim tam molle,
tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm uo-
luntas erga nos sensusque ciuium: qui non modò im-
probitati irascuntur candidatorum, sed etiam rectè
factis

factis sepe fastidiunt. Pro Milone.

Arrogantia

73

EX COPIA atq; rerum omnium affluentia primo arrogantia nata est. De Leg. Agra. ad popul. contra Rullum.

Deforme est, de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audiētium imitari militem gloriosum. I. Offic.

Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atque eloquentiæ multò molestissima. De Diuin. in Verrem.

Est minimè inepti hominis, & eiusdem etiam facti, cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrabere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant: ut apud Platonem Socrates in cælum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros: se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. De claris Orat.

Temeritas & pertinacia.

74

OMNIS actio uacare debet temeritate & negligentia. I. Offic.

Nihil est temeritate turpius, nec quidquam tam indignum sapientis gravitate & constantia, quam aut falsum sentire: aut quod non satis exploratè perceptum sit & cognitum, sine ulla dubitatione defendere. I. de Nat. deor.

Nihil est à gravitate sapientis, errore, leuitate,

H

3

temeris

temeritate disiunctius. 4. Acad.

(Cluen.

Nihil sentire est melius, quàm prava sentire. Pro
Ut hoc pulcherrimum est, uera uidere: sic pro ue-
ris probare falsa, turpissimum est. 4. Acad.

Satius est id ipsum de quo ambigitur, concedere,
quàm impudenter resistere. I. de Nat. deor.

Quid est tam futile, quàm quidquam approbare
non cognitum? I. Acad.

Insignis est temeritas, cum aut falsa aut incognita
res approbatur. nec hoc quidquam est turpius, quàm
cognitioni & perceptioni assertionem approbatio-
nemq; præcurrere. I. Acad.

Quid est stultius, quàm incerta pro certis habere,
ac falsa pro ueris? Cato Maior.

In parum cognitis stultè & diu perseuerare, tur-
pe est. 2. de Inuent.

Ne cui rei temerè aut arroganter assenserimus.
2. de Inuent.

Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse uide-
tur & lubrica. I. Offic.

Temerè affirmare de altero, est periculosum, pro-
pter occultas hominum uoluntates, multiplicesq; na-
turas. Cic. Brut.

Cauendum est ne incognita pro cognitis habe-
amus, ijsq; temerè assentiamur, sed adhibeamus ad con-
siderandas res & tempus & diligentiam. I. Offic.

Nos refelli redarguiq; patiamur: quod hi ferunt
anima

animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisq; sententijs, quasi addicti & consecrati sunt, eaq; necessitate constricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ causa defendere. 2. Tusc.

Plerique errare malunt, eamq; sententiam, quam adamauerunt, pugnacissimè defendere, quam sine pertinacia, quod constantissimè dicatur, exquirere.

4. Academ.

Vt necesse est lancè in libera. 4. Acad. in Sim. 68.

Sæpe nulla ratione, quorundam tantum opinione & auctoritate nitimur.

75

ID RATVM habent homines, quod ab eo, quem probant, iudicatum uident. I. de Nat. deor.

Tuemur ea, quæ dicta sunt ab ijs, quos probamus.

I. de Finib.

Non tam auctoritatis in disputando, quam rationis momenta quærenda sunt. quinetiã obest plerunq; ijs, qui discere uolunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum uident. Nec uerò probare soleo id, quod de Pythagoreis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex eis quæreretur quare ita esset, respondere solitos, ipse dixit. I. de Nat. deor.

Concepta semel opinio, vix deponitur.

76

H 4

IMPEE

IMPETRARI non potest, quin quale quidq; uideatur ei, talem quisque de illo opinionem habeat. Cicer. ad Brut.

Difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere. Cic. Qu. frat.

Similitudo & exemplum homines plurimum permouere solent.

DVO ILLA nos maximè mouent, similitudo & exemplum. 3 de Orat. 77

Quod exemplo fit, etiam iure fieri putant homines. C. Seruio Sulp. Famil. 4.

Populus.

MAXIMVS magister, populus. 3. Tusc. 78

Populus sine comparatione probat, esse melius non sentit: illud quod est, qualecunq; est, probat. De claris Oratorib.

Sic est uulgus, ex ueritate pauca, ex opinione multa aestimat. Pro Rosc. Com.

Homines opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoueri solent. Pro Leg. Manil.

Fama, & multitudinis iudicio mouentur homines, ut id honestum putent, quod à plerisque laudatur. 2. Tusc.

In imperita multitudine est uarietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Pro Domo sua.

Qui in oculis est multitudinis, tamen illius iudicio stare

stare nolit: nec quod illa putat, idem putet pulcher-
 rimum. 2. Tusc.

Nos opinionibus uulgi rapimur in errorē, nec ue-
 ra cernimus. 2. de Leg. (Parad.

Plus apud nos ratio ualeat, quā uulgi opinio. R
 Grauior et ualidior est decem uirorū bonorum sen-
 tentia quā totius multitudinis imperitæ. Pro Plan.

Non comitijs iudicat semper populus, sed moue-
 tur plerunque gratia, cedit precibus, facit eos à qui-
 bus est maximè ambitus: deniq; si iudicat, non delectu
 aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed im-
 petu nonnunquam et quadam etiam temeritate. non
 est consiliū in uulgo, non ratio, non discrimen, non di-
 ligentia semperq; sapientes ea quæ populus fecisset,
 ferenda, nō semper laudanda duxerunt. Pro Planc.

Nullum fretum, nullus Euripus tot motus, tantas,
 tam uarias habet agitationes fluctuum, quantas per-
 turbationes, & quantos æstus habet ratio comitio-
 rum. dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe
 perturbat omnia, et totam opinionem parua nonnun-
 quam commutat aura rumoris. Sæpe etiam sine ulla
 aperta caussa fit aliud, atq; existimamus, ut nonnun-
 quam ita factum esse etiam populus admiretur, quæ
 si uerò non ipse fecerit. Pro Muræna.

Timida est. Pro Milon. Ambitio. 72.

Libertas.

79

LIBERTAS est potestas uiuēdi ut uelis. Is uiuit

H S

ut uult

ut uult, qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui uiuendi uia considerata atque prouisa est: qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, quòd salutare maximè iudicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac liberè: cuius omnia consilia resq; omnes quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemq; feruntur: nec est ulla res quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius uoluntas atque iudicium. Cui etiam fortuna ipsa cedit. Parad. penultim.

Liber est is æstimandus, qui nulli turpitudini seruit. 4. ad Heren.

Libertatis propriū est, sic uiuere ut uelis. 1. Offic.
Ille mihi non uidetur liber, cui mulier imparat, cui lex imponit, præscribit, iubet, uetat quod uidetur: qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Si poscit, dandum est: si uocat, ueniendum: si eijcit, abeundum: si minatur, extimescendum. Paradox. penult.

Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Phil. 10.

Bestiæ, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quàm si essent liberæ, non facile tam men patiuntur sese contineri. 5. de Finib.

Tu plenius uide qui propriè liberi sint, Parad. penult.

Seruitus.

80

SERVITVS est obedientia fracti animi & abiecti,

iecti arbitrio carentis suo. Parad. penult.

Omni*bus* graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. Antequam iret in exilium.

Nemini animus bene informatus à natura parère debet, nisi præcipienti aut docenti, aut utilitatis causa iuste & legitime imperanti, ex quo animi magnitudo existit, humanarumq; rerũ contẽptio. I. Offi.

Omnis est misera seruitus. Philip. 10.

Nihil est fœdus seruitute: ad decus & libertatem nati sumus. Phil. 12.

Cum omnis seruitus est misera, tũ uerò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato. Phil. 3.

Mors est seruitute potior. Philip. 10.

Mors seruituti turpitudiniq; anteponenda. I. Offi.

Exilium.

81

EXILIVM est scelerum pœna. Parad. 4.

Exilium ibi est, ubi uirtuti non est locus. Pro Mil.

Omnes scelerati & impij, quos leges exilio affici uolunt, exules sunt, etsi solum non mutant. Para. 4.

Exilium terribile est ijs, quibus quasi conscriptus est habitandi locus: non ijs, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse dicunt. Parad. 4.

Si abesse à patria miserum est, plenæ miserorum sunt prouinciæ, ex quibus admodum pauci in patriam reuertuntur. 5. Tusc.

Ad omnem rationem Teucris uox accommodari potest: Patria est, ubicunq; est bene. 5. Tusc.

Exilium

Exilium non supplicium est, sed profugium potiusque supplicij: nam qui uolunt poenam aliquam subterfugere aut calamitatem, eò solum uertunt, hoc est sedem ac locum mutant: qui si in ciuitate legis uim subire uellent, non prius ciuitatem, quam uitam amitterent: quia nolunt, non adimitur ijs ciuitas, sed ab his relinquitur atque deponitur. Pro Cecin.

Exilium id, quod fit propter alienam et offensam populi uoluntatem, malum est. 5. Tusc.

Famæ seruiendum.

NON EST ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut uiri boni & splendorem & nomen amittas. 3. Offic.

Non est negligenda fama: nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium. In Lelio.

Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. 1. Offic.

Perditissima ratio est, diligere formam, negligere famam. 4. ad Heren.

Ex sententijs omnium, nostra fama pendet. In Pis.

Est hominis ingenui & liberaliter educati, uelle benè audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam uiris: & futuræ post mortem fame, etiam detractio usu, consulendum est. 3. de Finib.

Bona existimatio pecunijs præstat. 2. de Orat.

Antiquior sit possessionibus gloria. 1. de Diuin.

Danda

Danda est diligenter opera, ut hominum aures optimo de nobis sermone compleantur. Nostrum.

Veritas.

83

TANTAM semper potetiam ueritas habuit, ut nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio aut arte subuerti potuerit: & licet in causis nullum patronum aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur. Ex Orat. in Vatin.

O magna uis ueritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fidas omnium insidias, facile se per se ipsa defendat. Pro M. Cæl.

Multorum improbitate depressa ueritas emergit, & innocentiae defensio interclusa respirat. Pro Clu.

Est interdum ita perspicua ueritas, ut eam infirmare nulla res possit: tamen est adhibenda interdum uis ueritati, ut eruatur. Pro Quinct.

Homini est propria ueri inquisitio, atque inuestigatio. 1. Offic.

Quod uerum, simplex, sincerumque est, id est naturæ hominis accommodatissimum. 1. Offic.

Veritas odium parit. in Lelio.

Quæ valeant ad fidem faciendam,

& quibus maximè credamus.

84

IN SVADENDO nihil est optabilius, quàm dignitas. 2. de Orat.

Genus hoc sermonum positum in hominum ueterum auctoritate.

rum auct.

rum auctoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto uidetur habere grauitatis. In Lelio.

Opulentos homines, & ætatis spacio probatos, dignos quibus credatur, putamus. Non rectè fortasse: sed uulgi opinio uix mutari potest. In Topic.

A quibus verum auditur.

85

PVERITIA, somnus, imprudentia, uinolentia, insania, eius generis sunt, ex quibus sæpius uerum auditur. In Topic.

Multa finguntur, ut ijs tanquam rebus gestis moueamur.

86

FIT plerunque, ut ij, qui boni aliquid uolunt afferre, affingant aliquid, quò faciant id quod nuntiant, letius. Philip. I.

Conficta sunt multa à poetis, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem uite quotidianæ uideremus. Pro Rosc. Amer.

Mendacium.

87

TOLLENDVM est ex rebus cõtrahendis omne mendacium. 3. Offic.

In uirum bonum non cadit mentiri emolumentum sui caussa. 3. Offic.

Cùm iudici. 3. Offic. Vide Iudex. 33.

Nihil est turpius uanitate. 1. Offic.

Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim uendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. 1. Offic.

Mena

Mendacio & mendaci nulla fides. 88

QUI SEMEL à uarietate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quàm ad mēdacium perducitur consuevit. et quæ pœna à dijs immortalibus per iuro, hæc mendaci constituta est. Non enim ex pactio-
ne uerborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia ac malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales irasci ac succensere consueverunt. Pro Rosc. Com.

Vbi quis semel peierarit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, non conuenit. Pro C. Rabir.

Non ex libidine aut similitate aut leuitate testium causæ honestorū hominum ponderari debēt. Pro Syl.

Ementiuntur sæpe homines in eos, quos oderunt.

In Part. Orat.

Si qui ob emolumentum suum cupidius aliquid dicere uidentur, ijs credere non conuenit. Pro Fon.

Auctoritatem nullam debemus, nec fidem commentitijs rebus adiungere. 2. de Diuin.

Non uerbis, sed facto probamur. 89

OMNIS uirtus in actione consistit. I. Offic.

Non paranda nobis solum, sed fruenda etiam sapientia est. I. de Finib.

Non procacitate linguæ uitæ sordes eluuntur. Cicero in Sallust.

Non ex singulis uocibus Philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia: resq; spectari oportet.

opora

oportet, non uerba. 5. Tusc.

Virtus, integritas, probitas in homine, non lingue uolubilitas, nō ars, non sciētia requiri solet. Pro Plan.

Ea magna uoluptas est, equalem ac parem uerbis uitam agere: atq; ita uiuere, ut omnis oratio moribus consonet. Cic. in Sallust.

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. Cato Maior.

Ita uiuunt quidam, ut eorum uita refellatur oratio: atq; ceteri existimantur dicere melius, quam facere, cum sit melius facere, quam dicere. 2. de Finib.

Sunt qui cum populi non solum commoda, uerum etiam salutem oppugnent et impediunt, oratione assequi uolunt, ut populares esse uideantur. ut C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, uerbis defendebat ærarium. 3. Tusc.

Epicurus tantummodo induit personam Philosophi, et sibi hoc ipse nomen inscripsit, cum non multum differret à iudicio ferarum, præsertim cum omne malum dolore definiat, bonum uoluptate. 5. Tusc.

Cum philosophorum uita mirabiliter pugnat oratio. 2. Tusc.

In Philosophia. Orat ad Brut. Vide Philosoph. 17.

Non est satis iudicare. 1. de Finib. Vide Consilium rem præcurrat. 27.

Plus in negotijs gerendis res, quam uerba profunt. 4. Academ.

Sunt

Sunt facta uerbis difficiliora. Cic. ad Qu. frat.

Est alienum uiro, quod alteri præceperit, id ipsa
facere non posse. 3. Offic.

Quid uerba audiam, cum facta uideam? 3. Tusc.

Qui suos casus aliter ferunt, atq; ut alijs auctores
ipsi fuerunt, non sunt uitiosiores, quàm ferè pleriq;
qui auari auaros, gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt.
3. Tusc.

Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis
profitentur se tenere medicinæ scientiam, se ipsos curare
non possunt. sed potiùs alijs quæ tute præcipere
soles, ea tibi subiice, atq; apud animum propone. Ser-
uius Cic. Famil. 4.

Tu qualis es, talem te esse existimes, ut quantum à
uerum turpitudine abes, tantùm te à uerborum libertate
se iungas. deinde ut ea in alterũ ne dicas: quæ cum
tibi falsò responsa sint, erubescas. Pro M. Cælio.

Non ætas in homine, sed virtus
consideranda.

90

NON canis, non rugæ repente auctoritatẽ afferere
possunt, sed honestè acta superior etas fructus aucto-
ritatis præbet extremos. Cato Maior.

Virtutis quàm ætatis cursus celerior. Phil. 5.

Sermo & oratio.

91

VERBA inuenta sunt non quæ impedirent, sed
quæ indicarent uoluntatem. Pro A. Cecin.

Interpres mentis est oratio, uerbis discrepans,
sententia

I

sententia

sententijs congruens. I. de Leg.

Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis. I. Offi.

In primis prouideamus, ne sermo uitium aliquod indicet inesse moribus: quod maximè tum solet euenire, cum studiose de absentibus detrahendi caussa, aut per ridiculum, aut seuerè, aut maledicè contumeliosèq; dicitur. I. Offic.

Quoties aliquid aut dicimus aut loquimur, toties de nobis iudicatur. I. de Orat.

Moderari animo & rationi. Cicer. ad Qu. frat. Vide Appetitus. 51.

Diligentissimè linguam continere, mihi uirtus interdum non minor uidetur, quàm omnino non irasci. Cic. ad Qu. frat.

Idipsum dicere nunquam est non ineptum, nisi cum est necessarium. I. de Orat.

Habent suum modum quæcūque opportuna dicuntur. I. de Finib.

Tacere noli ubi non oportet. Pro Rosc. Com.

Non est necesse omniū flagitia proferre. Pro Mil.

Sæpe grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia apertè dicunt, quàm qui committunt. Cice. in Sallust.

Homines notissimos sumere, odiosum est, cum & illud incertum sit, uelint ne hi sese nominari. Pro Rosc. Amer.

Debemus considerare. Orat. ad Brut. Vide Circumstantia, 122.

Alia

Alia est ratio. Pro M. Cæl. Vide Circūstantia, 122.

Cauendum est, ne quid agendo faciendó ue facias,
uius imitatio rideatur. De claris Orat.

Fit nescio quo modo. I. Offic. Vide Aliena & uide
us. 146. (Part. Orat.

Oratio debet esse ornatior sententijs, quàm uerbis.

Non tam copia, quàm modus in dicendo quæren-
us est. Pro Lege Manil.

Decorus est sermo senis, quietus, & remissus, fas-

itq; persæpe sibi audientiam disertis senis compta
ratio & mitis. Cato Maior.

Difficile est dictu, quantopere cõciliet animos ho-
minum comitas, affabilitasq; sermonis. 2. Offic.

Sermo familiaris quatenus moderandus sit, lege ple-
nius I. Offic. cap. Et quoniam, cum seq.

De nobis in neutram partem
loquendum. 92

MINIME sibi quisq; notus est, et difficillime de
se quisq; iudicare ac sentire potest. 3. de Orat.

Nemo de se satis honestè, ac sine multorū inuidia
loqui potest. Cic. in Vatin.

Vt uerecundius ipsi de se omnes scribant necesse
est, si quid est laudandum: & prætereant, si quid re-
prehendendum est: accedit etiam ut minor sit fides,
minor auctoritas. Cic. L. Luceio, Famil. 5.

Multis doctrina non deest,
sed oratio. 63

I 2

FIERI

FIERI potest, ut rectè quis sentiat, & id quod sentit, politè eloqui non possit. 1. Tusc.

Sunt qui se litteris ita abdiderunt, ut nihil possint ex his neq; ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemq; proferre. Pro Arch. Poeta.

Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita uoce absonti, aut ita uultu motuq; corporis uasti atque agrestes, ut etiamsi ingenijs atq; arte ualeant, tamen in doctorum numerũ uenire non possint. Sunt autem quidam, ita naturæ muneribus in ijsdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse uideantur. 1. de Orat.

Sinistri quidam laudatores. 94

SUNT qui nihil laudant, nisi quod se imitari posse se confidunt. 2. Tusc.

Nunc tantum quisq; laudat, quantum se posse sperat imitari. Orat. ad Brut.

Est iniqua, in omni re accusanda, prætermisiss bonis, malorũ enumeratio, uitiorumq; selectio. 3. de Leg.

Est liberum, alterum laudare, de quo quidquid de trahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Cecin. Ciceroni, Famil. 6.

Inuidia. 95

INVIDENTIA est ægritudo ex alterius rebus secundis. 3. Tusc.

Virtutis comes inuidia, plerunq; bonos insectatur. 4. ad Herenn.

Latè

Late patet hoc uitium, & est in multis, inuidere
scilicet. Cic. Ap. Pulchro, Famil. 3.

Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus re-
bus excellere. De clar. Orat.

Pleriq; sunt inuidi, maximeq; est hoc commune ui-
tium & peruagatum: inuidetur autem præstanti flo-
rentiq; fortunæ. 2. de Orat.

Inuident homines maximè paribus aut inferiori-
bus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent euo-
lasse: sed etiam superioribus inuidetur sæpe uehemen-
ter, & eò magis, si intolerantiùs se iactant, & æqua-
bilitatem communis iuris, præstantia dignitatis aut
fortunæ suæ transeunt. De Orat. 2.

In iudicijs inuidia imbecillis esse debet: nihilq; ho-
mini est tam timendum, quàm inuidia: nihil inno-
centi, suscepta inuidia, tam optandum, quàm æquum
iudicium. Pro Cluent.

Inuidia summus ordo caret. 3. de Leg.

Inuidia uirtute parta, gloria, non inuidia putan-
da est. I. Inuect. in Catil.

Ira.

96

IRA (ut inquit Ennius) est initiū insanie. 4. Tus.

Prohibenda est maximè ira in puniendo. Nunquā
enim iratus, qui accedet ad poenam, mediocritatem
illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. cauen-
dū est igitur ne maior sit poena, quàm culpa. I. Offic.

Omnis animaduersio & castigatio contumelia u-
care debet. I. Offic.

I 3

MORIS

Monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia ca-
reat. In Lælio.

Non sunt audiendi, qui grauiter irascendum ini-
micis putant. 1. Offic.

Obiurgationes etiam nōnunquam incidunt neces-
sarie, in quibus utendum est fortasse & uocis conten-
tione maiore, & uerborum grauitate acriore. atque
etiam illud ipsum quod acerbitatis habet obiurgatio
significandum est ipsius id causa, qui obiurgetur, su-
sceptum esse. Ad agendum etiam est, ut ne ea facere ui-
deamur irati: sed ut ad urendum & secandum, sic ad
hoc genus castigandi rarò inuitiq; uenimus, nec un-
quam nisi necessario, si nulla reperietur alia medici-
na. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè
fieri, nihil consideratè potest. 1. Offic.

Semper ira procul absit, cum qua nihil rectè, nihil
consideratè fieri potest. Quæ enim cum aliqua per-
turbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, neq;
ijs, qui adsunt, probari. 1. Offic.

Proprium est irati, cupere à quo laesus uideatur,
ei quàm maximum dolorem inurere. 1. Offic.

Non est in nostra potestate, fodicantibus ijs re-
bus, quas malas esse opinamur, dissimulatio uel opia-
nio. 3. Tusc.

Difficile est tacere, cum doleas. Pro Sylla.

Omnes lesi dolēt, irati efferūtur. Pro Mar. Celio.

Habet quendam aculeum contumelia, quem pati
prudens

prudentes ac boni uiri difficillime possunt. Ex 5.
Act. in Verr.

Doloris magnitudo uim quandā nobis dicendi dat
& tribuit. Ad Attic. lib. 4.

Leuiores sunt ea, quæ repentino aliquo motu acci-
dunt, quàm ea quæ præmeditata atq; præparata infe-
runtur. I. Offic.

Tu plura in eo libro, quæ ad hanc sententiam pertinent, leges.

Timor & metus.

97

RERVM omnium nec aptius est quidquam. 2.
Offic. Vide Amicitia. 67.

Carum esse ciuem. Phil. 1. Vide Amic. 67.

Beneuolentiæ uis maxima, metus imbecillis. 2. Off.

Nulla uis imperij tanta est, quæ præmente metu
possit esse diuturna. 2. Offic.

Multorū odijs nullæ opes possunt obistere. 2. Off.

Quem metuunt, oderunt: quem quisq; odit, perijisse
expetit. 2. Offic.

Oderunt dum metuunt. Philip. 1.

Timor non diuturni magister est officij. Philip. 2.

Malus est custos diuturnitatis, metus: cōtraq; bene-
uolentia fidelis est ad perpetuitatem: id igitur ample-
ctamur, ut metus absit, caritas retineatur. 2. Offic.

Millies perire est melius, quàm in sua ciuitate si-
ne armorum præsidio non posse uiuere. præsidium ca-
ritate & beneuolentiæ ciuium septum oportet esse,
non armis. Philip. 2.

I 4

Tu

Tu plenissimè secundo Officiorum capite, Re-
rum autem omnium.

Grauior est plerunque metus, & gra-
uiùs afficit, quàm res ipsa quæ
timetur. 98

PLVS IN metuendo est mali, quàm in eo ipso
quod timetur. Cic. A. Torq. Famil. lib. 6.

Maior est ea uis, quæ periculo mortis iniecto, for-
midine animum perterritum loco sepe, & certo de
statu dimouet, quàm quæ ad corpus nostrum uitamq;
peruenit. Itaq; saucij sepe homines cùm corpore de-
bilitantur, animo tamen non cedunt, neque eum relin-
quunt locum, quem statuerunt defendere. Atq; alij
pelluntur integri: ut non dubium sit, quin maior ad-
hibita uis ei sit, cuius animus sit perterritus, quàm
illi, cuius corpus uulneratum sit. Pro A. Cecin.

Exercitus maximi sepe pulsati ac fugati sunt terro-
re ipso, impetuq; hostium, sine cuiusquam non modò
morte, uerùm etiam uulnere. Pro Cecin.

Magna est stultitia, id ipsum quod uerearis, ita ca-
uere, ut cùm uitare fortasse potueris, ultrò accersas
& attrahas. Cic. Bruto.

Omnes quorum in alterius manu uita posita est, se-
piùs illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione ac
potestate sunt, quàm quid debeat facere. Pro L. Manil.

Nos omnia tum uenientia metu argentes, tum mor-
tore presentia, rerum naturam, quàm errorem nos-
trum

strum damnare malumus. 5. Tusc.

Quod futurum est, vitari
non potest

99

EFFUGERE nemo potest quod futurum est. Et
sepe utile est, non scire quod futurum sit. miserū est
enim, nihil proficientem angere. 3. de Nat. deor.

Nihil est pro certo futurum, quod possit aliqua
procuracione accidere, ne fiat. 2. de Diuin.

Factum, infectum esse
non potest.

100

QVOD semel iam missum est, coërceri reprimi-
q; non potest. 1. de Finib.

Præterita mutare non possumus. In Pison.

Nō potest dies esse sæpius, qui semel fuit. 2. de Fi.

De præteritis non est querendum. Cicer. Curioni

Famil. lib. 7.

Quod fuit durum pati, meminisse
dulce est.

101

ETSI optabilius est vitæ cursum conficere sine
dolore & iniuria: tamen ad immortalitatem gloriæ
plus adfert, desideratū esse à suis ciuibus, quam omni
no nunquam fuisse uiolatum. Pro Domo sua.

Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Cic. Luceio, Famil. lib. 5.

Iucunda est memoria præteritorum malorum. 2.
de Finib.]

Suauius est præteritorum malorū memoria. 2. de Fi.

I 5

Iucundi

Iucundi sunt acti labores. 2. de Finib.

Non tam cumulus bonorum iucundus esse potest, quam molesta decessio. 1. Tusc.

Ullum vix laborem lubimus, nisi proposito præmio aut gloria.

102

NEMO nostrum in reip. periculis cum laude ac virtute uersatur, quin spe posteritatis, fructuq; ducatur. Pro C. Rabir.

Vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. 1. Offic.

Pro sua patria pauci post genus hominum nativæ perti sunt, qui nullis præmijs propositis, uitam suam hostium telis obijcerent. Pro C. Rabirio.

Omnes utilitate mouentur.

103

OMNES expetimus utilitatem, ad eamq; rapi mur, nec facere aliter ullo modo possumus. nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? 3. Offic.

Cum aliqua species utilitatis obiecta est, nos commoueri necesse est. 1. Offic.

Nemo est, quin putet expetendam maxime dignitate, sed uincit utilitas plerunque, cum subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri. 2. de Orat.

Cum utilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se uidetur, fit ut distrahatur deliberando anima.

mus

mus, afferatq; ancipitem curam cogitandi. 1. Offic.

Hæc res plus proficit, si proponatur spes utilitatis futura, q̄ præteriti beneficij recordatio. 2. de Orat.

Alterum ne læseris, tibi ut profis. 104

QVI alteri exitium parat,

Eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem. 2. Tusc.

Quod cuiq; obtigerit, id quisq; teneat: eo si quis plus appetet, uiolabit ius humanæ societatis. 1. Offic.

Animaduertamus, cum alios iuuare uelimus, ne quos offendamus. Sæpe enim aut eos lædimus, quos non debemus, aut eos, quos non expedit. si imprudenter, negligentia est: si scienter, temeritatis. 2. Offic.

Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudine: conseruari autem diligentia & parsimonia: ijsdem etiam rebus augeri. 2. Offic.

Nostræ utilitates nobis amittendæ nõ sunt, alijsq; tradendæ, cum ijs ipsis egeamus: sed suæ cuiq; utilitati, q̄ sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. 2. Offic.

Alienum est à iustitia, ad quam nati esse uidemur, detrabere quid de aliquo, quod sibi assumat. 3. de Fi.

Non est permissum, ut impune nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. 4. Act. in Verr.

Vt si unumquodq; membrum. 3. Offic. In Simil. 5.

Suum cuiq; incommodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum. 3. Offic.

Rei familiaris amplificatio nemini nocens, non est uitupe

uituperanda, sed fugienda semper iniuria. sed detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cetera, quæ possunt aut corpori accedere, aut rebus externis. illud enim natura non patitur, ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque uerò hoc solum natura, id est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus resp. continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui cōmodi caussa nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc uolunt, incolumem esse ciuium conianctionem. 3. Offic.

Tu plenissimè leges tertio Officiorum, quatenus commodis proprijs sit inseruiendum.

Promissa seruanda.

105

PACTA semper et promissa seruanda sunt, quæ nec ui, nec dolo malo facta sunt: illa seruanda non sunt, quæ non sunt ijs ipsis utilia, quibus illa promiseris. 3. Offic.

Illis promissis standum non est, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit. 1. Offic.

Promissa non sunt seruanda ijs, quibus promiseris inutilia si sint, nec si tibi plus noceant, quàm illi pro sint cui promiseris. 1. Offic..

Scelerum promissio et ijs, qui expectant, pernicio sa est, & ijs qui promittunt. Philip. 8

Semper

Semper in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est. 1. Offic.

Quod affirmatiuè, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. 1. Offic.

Quod ex animi sententia iuraueris, id non facere periurium est. 3. Offic.

Quod ita iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id seruandum est: aliter si non feceris, nullum periurium est. 3. Offic.

Conscientia.

106

CONSCIENTIAE graue pondus. 3. de Nat. deor.

Nullum theatrum uirtuti conscientia maius est.

2. Tuscul.

Conscientiam à Dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis auelli non potest. Pro Cluent.

Si optimorum consiliorum atq; factorum testis in omni uita nobis cōscientia fuerit, sine ullo metu summa cum honestate uiuemus. Pro Cluent.

Conscientia rectæ uoluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum. Ci. A. Torq. Famil. lib. 6.

Vacare culpa, maximum est solatium. Cicer. M. Mario, Famil. 7.

Nihil est melius, quàm memoria rectè factorū, et libertate contentum, negligere humana. Cic. Bruto.

Conscientia bene actæ uitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundissima est. Cato Maior.

Magna est uis conscientia in utranque partem, ut neque

neq; timeant, qui nihil cōmiserint, et pœnam semper ante oculos uersari putent, qui peccarint. Pro Milo.

Ego semper hac opinione tractus fui, ut eum, qui nihil commiserit, sibi nullam pœnam timere existimarem. In Vatin.

Bonum.

107

QVOD rectum & honestum & cum uirtute est, id solum opinor bonum. Parad. I.

Tria sunt genera bonorum: maxima, animi: secunda, corporis: externa, tertia. 3. Tusc.

Alia sunt in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, uires, opes, diuitiæ, ceteraq; quæ fortuna dat aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se ueram laudem, quæ deberi uni solum uirtuti putatur, sed tantum quod ipsa uirtus in earum rerum usu ac moderatione maximè cernitur. 2. de Orat.

Nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe. Cic. Attic. lib. 10.

Quidquid est quod bonum sit, id expetendum est: quod aut expetendum, id certè approbandum: quod uerò approbaris, id gratum acceptumq; habendum. 5. Tuscul.

Non sunt dicenda bona illa, quibus abundantem licet esse miserrimum. Parad. I.

Bona non sunt, quæ quis habeat, & miserrimus esse possit. 5. Tusc.

Nec bonum est illud, quod aut cupias ardentè,

ans

aut adeptus te efferas insolenter. 4. Tusc.

Diuitias, quia quiuis, quamuis indignus, habere potest, in bonis non numero. 2. Tusc.

Neq; pecunia, neq; tecta magnifica, neq; opes, neque imperia, neq; ea, quibus maximè astricti sint, uoluptates, in bonis rebus aut expetendis numerandæ sunt: quippe homines ijs rebus affluentes, ea desiderant maximè, quibus abundant. Parad. I.

Bias. Parad. I. In Apoph. 65.

Plura primo Academic. tertio Tuscul. primo Parad. & in lib. de Finibus bonorum & malorum legere potes.

Vir bonus.

108

VIR BONVS est, qui prodest quibus potest, nocet autem nemini. 1. Offic.

Vir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. 3. Offic.

Homo frugi omnia rectè facit. 4. Tusc.

Fas nec est, nec unquam fuit, quidquam, nisi pulcherrimum facere eum, qui esset optimus. 3. Offic.

Vir bonus nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Itaque in uirum bonum non cadit mentiri emolumentum sui causa, criminari, præripere, fallere. De Vniuers.

Non est res ulla tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut uiri boni & splendorem & nomen amittas. 3. Offic.

Neq;

Neq; contra remp. 3. Offic. Vide de Iudice. 35.

Probus inuidet nemini. De Vniuers.

Vt quisq; uir est optimus, ita difficillimè esse alios improbos suspicatur. Cic. ad Qu. frat.

Omnes boni, beati. 3. de Finib.

Cum sapiens, & bonus uir. 5. Tusc. De Sapiëtia. 13.

Nec bono quidquam mali euenire potest, nec uiuo, nec mortuo: nec unquam eius res à Dijs immortalibus negligentur. 5. Tusc.

Qui omnibus bonis instructi sunt & ornati, tum sapientes, tum uiri boni dicuntur. 5. Tusc.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem: impij sæpe paruo. Pro Milone.

Sancti uiri, & religionem colentes, sunt qui meritum Dijs immortalibus, gratiam iustis honoribus & meritis & memori mente persoluunt. Pro Planc.

Omnes uiri boni æquitatem & ius ipsum amant. nec est uiri boni errare, & diligere quod per se nõ sit diligendum & colendum. I. de Leg.

Nemo est omnino negligendus, in quo aliqua uirtutis significatio appareat. I. Offic.

Beatus.

109

BEATVS esse sine uirtute nemo potest. I. de Natura deor.

Tunc erimus beati. I. Tusc. In Pij's sententijs. 66.

Is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animũ, aut minus letabile ad effe-

ad efferendum uideri potest. 4. Tuscul.

Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo. 5. Tusc.

Beati sunt, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines cruciant: nullæ futiles letitiæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus. 5. Tusc.

Vir temperans, cōstans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, is est beatus. 5. Tusc.

Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia. Cui autem spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilq; quod exploratum habeat, permansurum sibi, ne unum quidem diem. In parad.

Nisi stabili & fixo & permanente bono beatus esse nemo potest: nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, quæ in uita beata consistunt. Nam qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit. 5. Tusc.

Qui beatus est, non intelligo quid requirat ut sit beatior: si est enim quiddam quod desit, ne beatus quidem est. 5. Tusc.

Beatus esse in maximarum rerum timore nemo potest. nemo igitur esse beatus potest: neq; enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis uita beata duci solet. Nec appellatur omnino uita beata, nisi

K confea

confecta atq; absoluta: nec enim potest aliàs quisquã beatus esse, aliàs miser. Qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam cum semel est suscepta beata uita, tam permanet, quàm ipsa illa est. Felix beatae uitae sapientia, nec expectat ultimum tempus ætatis, quod Cræso scribit Herodotus præceptum esse à Solone. 2. de Finib.

Est uerè fortunatus ille, cuius ex salute non minor penè ad omnes, quàm ad illum cui uentura sit lætitia, peruenerit. Pro M. Marcello.

Omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atque cumulatum est: idq; uirtutis est proprium. 5. Tusc.

Reliqua tu lege secundo Paradoxo, & Tusculanarum libro quinto.

Miser.

110

PRAESTANS ualetudine, uiribus, forma, acerrimis integerrimisq; sensibus: etiã si libet, uelocitatem, diuitias, honores, imperia, opes, gloriã: si fuerit is qui hæc habeat, iniustus, intemperans, timidus, hebet ingenio atq; nullo, is erit profectò miserrimus. 5. Tu.

Beatus est nemo, qui ea lege uiuit, ut non modò impunè, sed etiam cum summa intersectoris gloria interfici possit. Philip. 1.

Cui uita potest esse utilis, cum eius uitae conditio sit, ut qui illam eripuerit, in maxima & gratia futurus sit & gloria? 3. Offic.

114

ita uiuere, ut non sit uiuendum, miserrimum est.

Cic. C. Mario, Famil. 7.

Impij semper cruciantur.

III

Sua quemq; fraus, & suus error maximè uexat, suum quemq; scelus agitat, amètiaq; afficit, suæ malæ cogitationes, cōscientiæq; animi terrent. Hæ sunt impijs assiduæ, domesticæq; furia, quæ dies noctesq; pœnas à sceleratissimis repetunt. Pro Rosc. Amer.

Sua quemq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. In Pis.

Non ob ea solum incommoda, quæ eueniunt improbis, fugienda improbitas est: sed multò etiam magis, quòd cuius in animo uersatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. I. de Fin.

Si qui satis opibus hominum contra conscientiam sepi esse & muniti uidentur, deorum tamen numen horrent, easq; ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctesq; diesq; exeduntur, à dijs immortalibus supplicij causa importari putant. I. de Fin.

Morte, dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicij, hominum miseras ponderamus, quæ fautor humana esse, & multis bonis uiris accidisse. Sceleris etiam pœna tristis: & præter eos euentus quæ sequuntur, per se ipsa maxima est. 2. de Leg.

Animi conscientia improbi cruciantur, tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. I. de Finib.

L

2

Si imis

Si impietas improbè molita quippiam est, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet, id semper fore occultū. Plerunq; enim improborū facta primò suspicio insequitur: deinde sermo atq; fama: tū accusator, tū iudex: multi etiā ipsi se indicant. 1. de Fin.

Omniſus, quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis talis error impendet. 4. Tusc.

Eorum animi qui se corporis uoluptatibus dediderunt. Som. Scip. In pijs sententijs, 61.

Improbo nemini bene potest esse. Parad. 2.

Impij pœnas luunt, non tam iudicijs (quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt) quam angore conscientiae, fraudisq; cruciatu. 1. de Leg.

Impijs apud inferos sunt pœnae preparatae. 2. de Inuent.

Impij apud inferos pœnas luunt. Philip. 14. In pijs sentent. 76.

Tu plenissimè leges Paradoxo secundo, quibus curis scelerati conficiantur.

Sceleratorum & latronum beneficium.

NULLVM est aliud latronum beneficium, nisi ut commemorare possint, ijs se uitam dedisse, quibus non ademerint. Philip. 2.

Impius meritò, & Tyrannus iure percuti occidiq; possunt.

INSIDIATORI & latroni non potest afferri iniusta

iniusta nex. Pro Milone.

Non se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem. 3. Offic.

Quem discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile deletat, eum ex numero hominum ei sciendum, ex finibus humanæ naturæ censeo exterminandum. Philip. 13.

Nulla nobis cum tyrannis societas est, sed summa potius distractio: neque est contra naturam, spoliare eum, quem honestum est necare. 5. Tusc.

Corrupti mores.

114

A MULTIS ipsa uirtus contemnitur, et uenditatio quædam, atq; ostentatio esse dicitur. Philip. 13.

Iustitia uacillat, uel iacet potius: omnesq; hæ uirtutes, quæ in communitate cernuntur & in societate generis humani. 3. Offic. (Orat.

Virtuti & gloriæ maximè inuideri solet. 2. de

Iam pudori, probitati, uirtuti, rectis studijs, bonis artibus nihil est loci. Cic. Titio, Fam. 5.

Est huius seculi labes quædam & macula, uirtuti inuidere, uelle ipsum florem dignitatis effringere.

Pro Cor. Balbo.

Durior est conditio spectatæ uirtutis, quàm incognitæ. Brut. Cic.

Cuius est spectata multis magnisq; rebus singularis integritas, minus admirabilem facit honestissimi facti gloriam. Philip. 3

K 3

Sapie

Sapientia & magnitudo animi, qua omnes res humane geruntur, tenues & pro nihilo putantur. 2. de Oratore.

Videmus quanta sit in inuidia, quantoque in odio apud quosdam homines nobiles nouorum hominum uirtus & industria. si tantulum oculos deiecerimus, presto esse insidias: si ullum locum aperuerimus suspicioni aut crimini, accipiendum esse statim uulnus: esse nobis semper uigilandum, semper laborandum uidemus. Inimicitie sunt? subeantur: labores? suscipiantur. etenim tacite magis & occulte inimicitie timende sunt, quam indictae et apertae. Hominum nobilium non fere quisquam nostrae industriae fauet: nullis nostris officiis beneuolentiam illorum allicere possumus: quasi natura & genere disiuncti sint, ita dissident a nobis animo ac uoluntate. 7. Act. in Verr.

Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis. Pro Planc.

Ad multorum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia & audacia, quam cuiusquam uirtus & integritas. 5. Act. in Verr.

Quis est qui inopis, & optimi uiri caussa non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? a quo enim expectatur, & celerior remuneratio fore uidetur, in eum fere est uoluntas nostra propensior. 2. Offic.

Fraudis atque insidiarum & perfidiae plena sunt omnia

omnia. De Petit. consul.

Largitione corrupta sunt suffragia. 3. de Leg.

Ingentes diuitiae. 2. Act. in Verr. Vide Iudex, 35.

Malè se res habet, cum quod uirtute effici debet,
id tentatur pecunia. 2. Offic.

Qui opibus plus ualent, etiam auctoritate plus
possunt. Cic. Lentulo, Famil. I.

Hoc tempore obsequium amicos, ueritas odium pa-
rit. In Lelio.

Omnes qui in paupertate sunt, malunt maleficio
parare diuitias, quam officio paupertatem tueri. 2.
ad Herenn.

Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia
est. I. de Inuent.

Sunt homines, qui rationem bono consilio à dijs
immortalibus datam, in fraudem, malitiamq; conuera-
tunt. 3. de Nat. deor.

Sunt homines, quos libidines infamiaeq; suae neq;
tedeat, neque pudeat: qui quasi de industria in odi-
um offensionemq; populi irruere uideantur. 2. Act.
in Verrem.

Sunt quidam non re, sed nomine homines. I. Offic.

O superbiam inauditam, in facinore gloriari. Cic.
Bruto, Famil. II.

Est in quibusdam tanta peruersitas, ut inuentis
frugibus, glande uescantur. Orat ad Brut.

Quidam habent aures, tam inhumanas, tamq; agre-
stes, ut

stes, ut ne doctissimorum quidem uirorum eos mouere possit auctoritas. Orat ad Brut.

Consuetudo

115

MAXIMA est uis uetustatis & consuetudinis non modò in hoc, quod est animal, sed in ijs etiam, quæ sunt inanima, consuetudo ualet: cum locis etiam ipsis montuosis delectemur & siluestribus, in quibus diutius commorati sumus. In Lælio.

Consuetudinis magna est uis: pernoctant uenatores in niue, in montibus uri se patiuntur. 2. Tusc.

Consuetudo laborum, perpeßionem dolorum efficit faciliorem. nam ferre laborem, contemnere uulnus consuetudo docet. 2. Tusc.

Qui multa sunt sæpe perpeßi, facilius ferunt quid quid accidit, obduruisseque se cõtra fortunas arbitrantur. Vt ille apud Euripedem:

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies,

Nec tam ærumnoso nauigassem salo:

Esset dolendi caussa. ut iniecto equulei

Fræno, repente iactu exagitantur nouo.

Sed iam subiectus miserijs obtorpei. 3. Tusc.

Corruptela malæ consuetudinis igniculi extinguuntur à natura dati, exoriunturque & confirmantur uitia contraria. 1. de Leg.

Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis & seminis, quàm ex ijs rebus, quæ ab ipsa natura loci, & à uitæ consuetudine suppeditantur.

De

De lege Agrar. ad pop. contra Rull.

O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus, cum poena absuit, & licentia consecuta est. 5. in Verr.

Magna est illecebra peccandi, impunitatis spes. Pro Milone.

Consuetudo peccandi maleficij suscipiendi remouet dubitationem. 2. ad Herenn.

Quotusquisq; reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria?

3. Officiorum.

Omnes religione mouentur, & deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur. 6. Act. in Verr.

Repentina grauiora.

116

VIDENTUR omnia repentina grauiora. nam praemeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ uenientia longè antè uideris. 3. Tusc.

Nam qui hæc audita à docto meminisssem uiro. 3. Tusc. In Apoph. 129.

Non est dubium, quia omnia quæ mala putentur, sint improuisa grauiora. 3. Tusc.

Quoniam multum potest animi prouisio & praeparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana praemeditata. 3. Tusc.

Quod possit accidere, diu cogitare oportet: hæc cogitatio una maximè omnes molestias extenuat & diluit. 3. Tusc.

K 5

Hostia

Hostiū repentinus aduentus, magis aliquanto cōtur-
bat, quā expectatus: et maris subita tēpestas, quā
ante prouisa, terret nauigantes uehementius. 3. Tusc.

Tu plura tertio Tusc. legere potes.

Sæpe bonum est, ignorare quid
futurum est.

SÆPE utile est, non scire quid futurum sit: mis-
erum est enim nihil proficientem angi. 3. Nat. deor.

At hoc ne homines quidem probi faciunt, ut ami-
cis impendentes calamitates prædicant, quas illi nul-
lo modo effugere possint. 2. de Diuin.

Rem, carendo magis, quā fruendo, quid
ualeat, cognoscimus.

GRAVITAS morbi facit, ut medicinæ egeamus;
eāq; nunc appareat, cuius uim non sentiebamus, cum
ualebamus. C. Varroni, Famil. 9.

Amicitia, consuetudines, uicinitates quid habeant
uoluptatis, carendo magis intelligimus, quā fruendo.
Ad Quir. post red.

Homo.

HOMINES mortales sunt. 1. de Nat. deor.

Omnia aliorum causa sunt generata, ut fruges
atq; fructus, quos terra gignit animantium causa: ani-
mantes autem hominum: ut equum, uehendi causa:
arandi bouem: uenandi & custodiendi canem. ipse
autem homo ortus est ad mundum contemplandum
& imitandum, 2. de Nat. deor.

Homio

Homines hominum causa sunt generati, ut ipsi in
 se alij alijs prodesse possent. 1. Offic.

Proximè & secundum Deum, homines hominibus
 maximè utiles esse possunt. 2. Offic.

Hoc natura præscribit, ut homo homini quicumq;
 sit, ob eam ipsam causam tantum, quòd is homo sit,
 consultum uelit. 3. Offic.

Sic nos nati uidemur, ut inter omnes esset societas
 quedam. In Lælio. (3. Offi.)

Homo naturæ obediens, homini nocere nõ potest.

Oportet hominem ab homine, ob hoc ipsum, quod
 homo sit, non alienum uideri. 3. de Finib.

Impellimur natura, ut prodesse uelimus quã pluri
 mis, in primisq; docendo rationibusq; prudentiæ tra
 dendis. Itaq; non facile est inuenire, qui quod sciat
 ipse, non tradat alteri. ita non solum ad discendũ pro
 pensi sumus, uerumetiam ad docendum. 2. de Fin.

Vt magnas utilitates adipiscimur conspiratione
 hominum atq; consensu: sic nulla tam detestabilis pe
 stis, quæ non homini ab homine nascatur. 2. Offic.

Duplex est natura generis humani, sed præstanti
 us genus est eorum, qui sunt uiri. De Vniuers.

Hominum duo sunt genera: alterum indoctum &
 agreste, quod antefert semper utilitatem honestati:
 alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem
 anteposit. Itaq; huic generi laus, honos, gloria, fides,
 iustitia, omnisq; uirtus: illi autem alteri quæstus, emo
 lumena

lumētum fructusq; proponitur, atq; etiam uoluptas, quæ est maximè inimica uirtuti, boniq; naturam falaciter imitando adulterat: quã immaniſſimus quiſq; acerrimè ſequitur, neq; ſolum honeſtis rebus, ſed etiam neceſſarijs anteponit. In Part. Orat.

Hoc ſolum animal homo natum eſt, pudoris ac uerecundiæ particeps, appetens coniunctionem hominum ac ſocietatem, animaduertensq; in omnibus rebus quas ageret aut diceret, ne quid ab eo fieret, niſi honeſtè & decorè. 4. de Finib.

Hominum ſimilitudo non ex corporis forma, ſed animorum quærenda eſt. Noſtrum.

Nihil eſt unū uni tam ſimile, tam par, quam omnes inter noſmetipſos ſumus. Quòd ſi deprauatio conſuetudinum, ſi opinionum ueritas non imbecillitatem animorum torqueret et ſecteret quocunq; cœpiſſet: ſui nemo ipſe tam ſimilis eſſet, quam omnes eſſent omnium. Itaq; quæcunq; eſt hominis deſinitio, una in omnes ualet: quod argumenti ſatis eſt, nullam diſſimilitudinem eſſe in genere: quæ ſi eſſet, non una omnes deſinitio contineret. 1. de Leg.

Homini natura præſcripſit, ut nihil pulchrius, quam hominem putaret: eſt enim uis tanta nature, ut homo nemo uelit niſi hominis ſimilis eſſe, & quidem formica formicæ. 1. de Nat. deor. (1. de N. deo.

Omnium animantiū formã uincit hominis figura.

Nullum eſt animal præter hominem, quod habeat aliquam

aliquam notitiam Dei. I. de Leg.

Est homini cum Deo rationis societas. I. de Leg.

Deus, animal unum spectabile, hominem, in quo omnia animalia contineret, effecit. De Vniuers.

Sunt ex terra homines, non ut incolæ atq; habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atq; cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem interpretes ac nuntij rerum, in capite tanquam in arce mirifice ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Nam oculi tanquam speculatores, altissimū locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Et aures cum sonum percipere debeant, qui natura in sublimē fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ sunt. Itemq; nares, eō quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt: & quod cibi et potionis iudicium magnum earum est, non sine causa uicinitatem oris secutæ sunt. Iam gustatus, qui sentire eorū, quibus uescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est, ut omnes ictus, omnesq; nimios frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Atq; ut in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribusq; dominorum ea, quæ profluentia necessariò tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul amandauit à sensibus. Adde quod ipsa natura primum oculos membranis te-

nis tenuissimis uestiuit & sepsit, quas primum pertu-
cidas fecit, ut per eas cerni posset: firmas autem, ut
cōtinerētur. Sed lubricos oculos fecit et mobiles, ut
& declinarent si quid noceret, & aspectum quò uel-
lent, facile conuerterent. Nasus ita locatus est, ut qua-
si murus oculis interiectus esse uideatur. Auditus autē
semper patet: eius enim sensu etiam dormientes ege-
mus: à quo cū sonus est acceptus, etiam ē somno ex-
citamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit,
si simplex & directū pateret. Prouisum etiam, ut
si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordid-
ibus aurium tanquam in uisco inhaeresceret. Quam ue-
rò aptas manus, quamq; multarum rerum ministras
natura homini dedit? & c. 2. de Nat. deor.

Principiò corporis nostri magnam natura ipsa ui-
detur habuisse rationem, quæ formam nostram relin-
quamq; figuram, in qua esset species honesta, eam pos-
suit in promptu: quæ autem partes corporis ad natu-
ræ necessitatem datæ, aspectum essent deformem ha-
bituræ atq; turpem formam, eas cōtextit atq; abdidit.
Hanc naturæ tam diligētem fabricam imitata est ho-
minum uerecundia. quæ enim natura occultauit, ead-
em omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis,
ipsiq; necessitati dant operam, ut quam occultissimè
pareant: quarumq; partium corporis usus sunt nec-
cessarij, eas neq; partes, neque earum usus suis nomi-
nibus appellant: quodq; facere turpe non est, modò
occultat

occulte, id dicere, obscœnum est. 1. Offic.

ipsum hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornauit, sed & sensus tanquam satellites attribuit ac nuncios: & rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ: figuramq; corporis habilens et aptam ingenio humano dedit. nam cum ceteras animantes abiiecisset ad pastum, solum hominem erexit: & ad celi, quasi cognationis domicilijq; pristini conspectum excitauit. Tum speciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Et oculi quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur: & is qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse præter hominem, potest, indicat mores. 1. de Leg.

Natura corpus hominis sic formauit & genuit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret: neq; sanè multum adiuuentis externis & aduentitijs uteretur. Animum aut reliquis rebus ita perfecit, ut corpus: sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut non multum adiuuentis ullo ad suam confirmationem indigeret. 5. de Fin.

Parui primo ortu sic iacent, tanquam omnino sine animo sint. Cum autem paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur & sensibus, connitunturq; ut sese erigant, & manibus utuntur, & eos cognoscunt, a quibus educantur: deinde æqualibus delectantur, libenterq; se cum his cõgregant, dantq; se ad ludendum, fabelo

fabellarumq; auditione ducuntur: deq; eo, quod ipsis
superat, alijs gratificari uolunt: animaduertuntq; ea,
quæ domi fiunt, curiosius, incipiuntq; cōmentari alia
quid & discere. & eorum quos uident, uolunt non
ignorare nomina: quibusq; rebus cum æqualibus de-
certant, si uincunt, efferunt se letitia: uicti, debilitan-
tur, animosq; demittunt. 5. de Finib.

Pueri efferuntur. 5. de Fin. Vide Gloria, 41.

Semper in promptu habere debemus, quantum na-
tura hominis pecudibus reliquisq; bestijs antecellat.
Illæ enim nihil sentiunt nisi uoluptatem, ad eamq; fe-
runtur toto impetu. Hominis autem mens discendo
alitur, & cogitando semper aliquid aut inquit,
aut agit, uidendiq; aut audiendi delectatione ducit-
tur. 1. Offic.

Si considerare uolemus, quæ sit in natura homi-
nis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit
turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter uiue-
re: quamquæ honestum, parcè, continenter, seuerè, sob-
bre. 1. Offic.

Cùm despiciere cœperimus, & sentire quid si-
mus, & quid animantibus ceteris differamus, tum ea
insequi incipiemus, ad quæ nati sumus. 5. de Finib.

Si nihil haberet aliud hominis animus, nisi ut appe-
teret aut refugeret, id quoq; ei esset cōmune cum be-
stijs. habet primùm memoriã, et eam infinitã innume-
rabiliũ, quam quidem Plato recordationem esse uult.
1. Tusc.

Hoc

Hoc unum animal homo sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat, in factis dictisq; qui sit modus. Itaq; eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, uenustatem & conuenientiam partium sentit, cauetq;, ne quid indecore effœminatæ ue faciat: tum in omnib. & opinionibus et factis, ne quid libidinosè faciat aut cogitet. 1. Offic.

Est natura sic generata uis hominis, ut ad omnem uirtutem percipiendam facta uideatur: ob eamq; causam paruis uirtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina mouentur. 5. de Finib.

Nec figura corporis, nec ratio excellēs ingenij humani significat, ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur uoluptatibus. 2. de Finib.

Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diem uelit esse in uoluptate. 2. de Finibus.

Hominem, nihil nisi quod honestum decorumq; sit aut admirari, aut optare, aut expetere oportet: nulli neq; homini, neq; perturbationi succumbere. 1. Offic.

Nobis personam imposuit ipsa natura cum excellentia præstantiaq; animantium reliquorum. 1. Offic.

Homo ceteris animantibus longe præstat. 2. de Fi.

Hoc uno præstamus uel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possimus. 1. de Orat.

Ratione præstabimus beluis, per quam coniectura ualemus, argumentamur, refellimus, differimus, con-

L ficimus

ficimus & concludimus. 1. de Leg.

Inter hominem & beluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum, quantum sensu mouetur ad id quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, paulum admodum sentiens præteritum & futurum. Homo autem qui rationis est particeps, per quam cõsequentia cernit, causas rerum uidet, earumq; progressus & quasi antecessiones non ignorat, similitudinibus comparat, rebusq; præsentibus adiungit atq; annectit futuras, facile totius uitæ cursum uidet, ad eamq; degendam præparat res necessarias, & c. 1. Offic.

Homines cum multis rebus humiliores & infirmiores sunt, uidentur hac re maximè bestijs præstare, quod loqui possunt. quare præclarum mihi uidetur adeptus is, qui quare homines bestijs præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. 1. Offic.

Nulla re longius absumus à natura ferarum, quam æquitate. in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, ut in equis, leonibus: iustitiam, æquitatẽ non dicimus. sunt enim rationis & orationis expertes. 1. Offic.

Homines etsi multis alijs, tamen hoc uno à bestijs plurimum differunt: quod rationem habeant à natura menti datam, mentemq; & acrem & uigentem, celerissimeq; multa simul agitantem, & (ut ita dicam) sagacem, quæ & causas rerum, & consecutiones uideat, & similitudines transferat, et disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet, omnemq;

complectatur uitae consequentis statum. Eademq; ratio facit hominē hominum appetentem, cumq; ijs natura & sermone & usu congruentem, ut profectus a caritate domesticorum ac suorum currat longius, et se implicet primum ciuium, deinde omnium mortalium societate: atq; ut ad Archytam scripsit Plato, nō sibi se solū natum meminerit, sed patriae, sed suis, ut per exigua pars ipsi relinquatur. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniēdi: (quod facillimē apparet, cum uacui curis, etiam quid in caelo fiat, scire auemus) his initijs ducti omnia uera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia: tum uana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Eadem ratio habet in se quiddam amplum atq; magnificum, ad imperandū magis, quam ad parendum accommodatum. Omnia humana non tolerabilia solum, sed etiam leuia ducens, altum quiddam & excelsum nihil timens, nemini cedens, semper inuictum. 2. de Finib.

Videndum est, ne quid humile, ne quid summissum, molle, effoeminatum, fractum, abiectum faciamus. 4. Tusc.

In dolore maximē est prouidendum, ne quid abiectē, ne quid timidē, ne quid ignauē, ne quid molliter, ne quid seruiliter, muliebritē faciamus. 2. Tusc.

Turpe, nec uiro dignum uidetur gemere, ciulare, lamentari, frangi, debilitari dolore. 2. Tusc.

Turpe est uiro debilitari, dolore frangi, succumbere. 2. de Finib.

Ingemiscere nonnunquam uiro concessum est, idque rarò: eiulatus ne mulieri quidem: sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis ei qui se dederit, uix eum uirum dixerim: nihil est enim fetu muliebri uiro turpius. 2. Tusc.

Cum tibi siue Deus, siue mater rerum omnium Natura dederit animum, quo nihil est prestantius, neque diuinius: sic te ipse abijcies atque prosternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquem putes interesse? 1. Parad. (10. 3. Tusc.

Nihil est aut nequius, aut turpius effœminato uiro.

Nos ita liquefcimus, fluimusque mollitia, ut apisculeum sine clamore ferre non possimus. 2. Tusc.

Nos ita leues atque inconstantes sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus, hoc unum nostrum putemus. 2. de Diuin.

Tu de forma hominis, membrorumque ordine & compositione secundo de Nat. deor. uide latius & quam dedecet uirum mollities, Officior. primo cap. Sed pertinet ad omnem officij quaestionem, lege copiosius.

Diuersa hominum studia

& iudicia.

120

NON est una omnium facies. 1. de Nat. deor.

Quot homines, tot sententiae. 1. de Finib.

Diuersa sunt hominum studia. Cic. Att. lib. II.

Suo quisque studio maxime ducitur. 5. de Finib.

Multa

Multæ in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, ut alios dulcia, alios ſubamara delectent: alij libidinoſi, alij iracundi, aut crudeles, aut ſuperbi ſint: alij à talibus abhorreant. De Fato.

Non in omnes omnia conueniunt. Pro Roſc. Ame.

Alij gloriæ ſeruiunt, alij pecuniæ: rari ſunt, qui ceteris omnib. pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſè intueantur: quod qui faciunt, & ſapientiæ ſtudioſi, & Philoſophi habentur. 5. Tuſc.

Suum cuiq; pulchrum eſt: adhuc neminem cognoſci ui poetam, qui ſibi non optimus uideretur. ſic res habet: te tua, me delectant mea. 5. Tuſc.

Nemo unquam neque poeta, neq; orator fuit, qui quemquam meliorem, quàm ſe arbitraretur. Cicer. Attic. lib. 14.

In omni re difficillimū eſt, formā (quod χαρμητις Grecè dicitur) exponere optimi: quòd aliud alijs uidetur optimum. Varia enim ſunt iudicia: nec facilis explicatio, quæ forma maximè excellat. Or. ad Bru.

Vt in corporibus. I. Offic. in Simil. 55.

Alij dolore mouentur, alij cupiditate, iracundia etiam multi afficiuntur: & cū in mala ſcientes irruunt, tamen ſe optimè conſulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant, Mihi ſic eſt uſus: tibi ut opus eſt factò, face: eorum eſt querela, qui ſibi cari ſunt, ſeſe q; diligunt. 5. de Finib.

Sua cuiq; ciuitati religio eſt, noſtra nobis, officia

non eadem disparibus ætatibus tribuuntur: aliaq; sunt
iuuenum, alia seniorum, alia constantis ætatis, sunt et
extrema quedam studia senectutis. Ca. Maior.

Vt natura alius. 4. Tusc. in Simil. 44.

Quisq; id sequatur, ad quod natura ma-
gis est compositus.

QVAM quisque norit artem, in ea se exercent,
I. Tusculanarum.

Suum quisq; noscat ingenium. I. Offic.

Quisque ad id, quod facere potest, detrudendus
est. I. de Orat.

Diligentissime hoc est eis, qui instituunt aliquos
atq; erudiunt, uidendum, quò sua queng; natura ma-
ximè ferre uideatur. 3. de Orat.

Natura primum atq; ingenium ad discendum uim
adfert maximam. I. de Orat.

Ad quas artes aptissimi erimus, in ijs potissimum
elaborabimus: sin aliquando necessitas nos ad ea de-
truserit, quæ nostri ingenij non erunt, omnis adhiben-
da erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non deco-
rè, at quàm minime indecorè facere possimus. Nec
tam nobis enitendum est, ut bona quæ nobis data non
sunt, sequamur, quàm ut uitia fugiamus. I. Offic.

Quem potissimum uitæ cursum sequi uelimus, in
hac deliberatione ad suam cuiusq; naturam consili-
um omne est reuocandum. I. Offic.

Tuenda sunt sua cuiq; nõ uitiosa, sed propria, quæ
contemna

contemplantes expendere oportebit quid quisq; habeat sui, eaq; moderari, nec uelle experiri, quam aliena deceant: id enim maxime queng; decet, quod est suum cuiusq; maxime. 1. Offic.

Naturæ non attinet repugnare, nec quidquam sequi, quod assequi non queas, quòd nihil decet inuita, ut aiunt, Minerua: id est, repugnante & aduersante natura. 1. Offic.

Hoc generi hominum prope natura datum, ut qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis (quod sermo hominum ad memoriam patrū uirtute celebretur) cupidissime persequantur. Pro C. Rab. Postum.

Tu primo Offic. legito quæ ad hunc locum pertinent, cap. Intelligendum.

Circumstantia.

122

SAEPE tempore fit, ut quod plerunq; turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe. 3. Offic.

Tempore commutatur officium, ut non semper sit idem. 1. Offic.

Temporibus quibusdam, aut officijs debitis, aut rerum necessitatibus, sæpe euenit, ut & uoluptates repudiande sint, & molestie non recusande. Itaq; earum sic tenetur à sapiente delectus, aut ut reijciendis uoluptatibus maiores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. 1. de Finib.

Debemus considerare in omni re, quid aptum sit.

L 4

ET CORA

et consentaneum tempori et personæ: tum quid in dictis factisque deceat. Quod si poeta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam, cum probam orationem affingit improbo, stulto ue sapientis: si denique piætor ille uidit, cum immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique histrio quid deceat querit: quid faciendum oratori putemus. Orat. ad Brut.

In omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, semper considerandum est. 2. de Inuent.

Habenda est ratio hominum, rei et temporis. 2. de Oratore.

Turpe est, ualdeque uitiosum, in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. 1. Offic.

Tanta uis est loci et temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur: aut si quid aliud, attentius cogitet, non reprehendatur inscitia temporis. 1. Offic.

Pericles. 1. Offic. in Apoph. 55.

Alia fori uis est, alij triclinij, alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum, comensatorumque conspectus: lex denique longe alia est Solis et lychnorum. Pro M. Celio.

Nec iisdem de rebus, nec in omni tempore, nec similia

milititer omnes delectantur. 1. Offic.

Non omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec uerò locus, aut tempus, aut auditor omnis eodem aut uerborum genere tractandus est, aut sententiarum: semperq; in omni parte orationis, ut uitæ, quid deceat, est considerandum: quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Orat. ad Brut.

Inconstantis non puto, sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium ex reip. tempestate moderari. Pro Cornel. Balb.

Nunquam præstantibus in rep. gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permansio. M. Cic. Lent. Famil. 1.

Tempori cedere (id est, necessitati parere) semper sapientis habitum est. Cic. Marc. Famil. 4.

Temporibus parere omnes politici præcipiunt. Cic. Attic. 12.

Est non modò liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. 2. Offic.

Epistolæ offendunt non loco redditæ. Cic. Bruto, Famil. 11.

Multa quæ rectè committi seruis fidelibus possunt, tamen sermonis & uituperationis uitandæ causâ committenda non sunt. Cic. ad Qu. frat.

Plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur. Cecinna Cic. Famil. 6.

Qui aut tempus quid postulet non uidet, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, uel dignitatis, uel commodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. 2. de Orat.

Tu, si uoles uideto quid, quo loco, & tempore deceat,
Offic. lib. I. cap. Talis est igitur.

Ea facillime luduntur, quæ neq; magno odio, nec misericordia maxima digna sunt. 2. de Orat.

Parcendum est maximè caritati hominum, nec temerè in eos dicas, qui diliguntur. 2. de Orat.

Facile multitudo à tristitia, & sepe acerbitate, commodè ac breuiter & acutè & hilari dicto deducitur. 2. de Orat.

Orator tristitiam ac seueritatem mitigat ac relaxat, odiosasq; res sepe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuq; dissoluit. 2. de Orat.

Tu de duplici iocandi genere uide primum Offic.
secundum etiam de Oratore.

Verba opportuna aliquando loquitur olitor. 123

SAEPE sub sordido palliolo latet sapiētia. 3. Tusc.

Summi gubernatores in magnis nonnunquam tempestatibus à uectoribus admoneri solent. Phil. 7.

Nihil perpetuum, nihilq; non miserum
& calamitosum. 124

ABEVNT omnia unde orta sunt. Cato Maior.

Infra

Infra lunā nihil est nō mortale & caducū, præter
animos hominum, Deorum munere datos. Som. Scip.
Cælestia semper spectato, humana illa contemni
to. Som. Scip.

Contemnendæ sunt humane res. 4. Tusc.

Conferto nostram longissimam ætatem cum ætera
nitate, sic breuissima reperietur. I. Tusc.

Quid ei potest uideri magnum in rebus humanis,
cui eternitas omnis, totiusq; mundi nota sit magni
tudo? 4. Tusc.

Altè spectare si uoles, atq; hanc sedem et æternam
domum contueri: neque sermonibus uulgi dederis te,
neq; in præmijs humanis spem posueris rerum tua
rum: suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad
uerum decus. Som. Scip.

Cogitantes supera. 4. Acad. In pijs Senten. 44.

Regna, imperia, honores, nobilitas, diuitiæ, opes,
eaq; quæ sunt ijs contraria, in casu sita, temporibus
gubernantur. I. Offic.

Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando
non conficiat & consumat uetustas. Pro Marc.

O dii boni, quid est in hominis uita diu? mihi ne di
uturnum quidem quidquā uidetur, in quo est aliquid
extremum. Cū enim id aduenerit, tunc illud quod
præterijt, effluxit: tantum remanet quidem quod uir
tute & rectè factis sis consecutus. Cat. Maior.

Nō est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid ex
tremum

tremum: quod cū uenerit, omnis uoluptas pro nihilo est habēda, quia postea nulla futura est. Pro M. Mar.

Quæ ætas longa est, aut quid omnino homini longum? nōne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes affecuta est senectus? Omnia ista perinde ut cuiq; data sunt, pro rata parte à uita, longa aut breuia dicuntur. I. Tusc.

Horæ cedunt & dies, menses & anni, nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. Cato Maior.

Quis est quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad uesperum esse uicturum. Cato Maior.

Nulla est tanta uis tantaq; copia, quæ non ferro debilitari, frangiq; possit. Pro M. Marcel.

Nihil semper suo statu manet. I. de Nat. deor.

Nihil semper floret, ætas succedit ætati. Phi. II.

Volat ætas. I. Tusc.

Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate. 4. ad Heren.

Nemo confidat, semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit. 2. Tusc.

Sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Cato Maior.

Ita ratio comparata est uitæ natureq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. In Lælio.

Cursus est certus ætatis, et uia una nature, eaq; simplex: sua cuiq; parti tempestiuitas est data. C. Maior.

Quæ

Quæ potest esse in uita iucunditas, cum dies ac no-
 res cogitandum sit, iamiam esse moriendum? 1. Tusc.

Nemini exploratū potest esse, quomodo habiturū
 sit corpus, non dico ad annū, sed ad uesperū. 2. de Fin.
 In uita nihil est nisi propagatio miserrimi tempo-
 ris. Cic. Luceio. Famil. 5. (Ca. Maior.

Quid habet uita cōmodi, quid non potius laboris?
 Nemo non miser. 1. Tusc.

Mortalis nemo est. 3. Tusc. in Apoph. 86.

Nanq; nimis. 3. Tusc. in Apoph. 90.

Non nasci homini longè optimum est. 1. Tusc.

Oppida, quæ quondam tempore floruerunt, nunc
 prostrata ac diruta sunt. Ser. Sulp. Cic. Famil. 4.

Durum à prospera feliciq; fortuna in ad-
 uersam cadere: & talium misere-
 mur facillimè.

NIHIL EST tam miserabile, quàm ex beato ef-
 fici miser. Part. Orat.

Hoc natura adfert, ut eis faueamus, qui eadem
 pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur.
 Pro Murena.

Regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes al-
 liciunt ad misericordiam, maximè eorum, qui aut re-
 ges sunt, aut uiuunt in regno, ut regale ijs nomen ma-
 gnum & sanctum esse uideatur. Pro lege Manil.

Fortuna.

126

FORTUNA est rerum omniū domina. Pro Marc.

Fortuna

Fortuna est rerum externarum, & ad corpus pertinentium. 5. Tuscul.

Fortunam insanam esse & cæcam & brutam, perhibent Philosophi. cæcam ob eam rem, quia nihil cernat, quò sese applicet. insanam autè aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit. brutam, quia multis incommodis conflictatur propter immensam pecuniæ cupiditatem. 2. ad Heren.

Varia est vitæ commutabilisq; ratio: uaga, uolubilisq; fortuna. Pro Milone.

Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa est. Illi enim efferuntur fastidio ferè & contumacia: neque quidquam insipiènte fortunato intolerabilius fieri potest. Atq; hoc quidem uidere licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperniq; ab ijs ueteres amicitias, indulgere nouis. In Lælio.

O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunã et inanes nostras cõtentiones, quæ in medio spacio saepe franguntur & corruunt: & antè in ipso portu obruantur, quàm portũ conspiciere potuerint. 3. de Orat.

Vita regitur fortuna, non sapientia. 5. Tusc.

O uolucrè fortunam, q̄ citò omnia ex letitia & uoluptate ad luctum & lacrymas recidunt. Pro Syl.

O misera vitæ ratio, quæ tandiu resides in uoluptate, quandiu fortunæ poscit libido. Antequàm iret in exil.

Fortuna

Fortunam uitare nemo potest. C. Dolabel. Fam. 9.

Fors in armis plus quā ratio potest. C. Atti. li. 14.

Nibil est tam contrarium rationi & constantiā,
quā fortuna. 2. de Diuinat.

Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnā
nimis in nos habeat dominationem. 4. ad Heren.

Fortunam laudare, est stultitia: & uituperare, sua
perbia est. animi autem laus & honesta est: & uitu
peratio uehemens. 1. de Inuent.

Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi fir
mius in uirtute, quā in casu præsidium collocauit.
4. ad Heren.

Occupauit (inquit) te fortuna. 5. Tus. In Apop. 83.

Magna uis est in fortuna in utranq; partem, uel
secundas ad res, uel aduersas. nam & cum prospero
flatu eius utimur, ad optatos exitus prouehimur: &
cū reflauit, affligimur. 2. Offic.

Fortitudini fortuna adiuuētō esse solet. 2. ad He.

Fortes fortuna adiuuat. 2. Tusc.

Humana ferenda sunt.

127

HUMANA ferenda sunt. Cic. Attic. lib. 15.

Nobis hominum ineptiæ ac stultitiæ deuorandæ
sunt. De clar. Orat.

Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut
omnib. telis fortunæ proposita sit uita nostra: neque
esse recusandum, quò minus ea, qua nati sumus, condi
tione uiuamus: neue tam grauitè eos casus feramus,
quos.

quos nullo consilio uitare possimus: euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse noui nobis cogitemus. Cic. Titio, Famil. 5.

Simus ea mente, quam ueritas et ratio prescribit, ut nihil in uita nobis prestandum præter culpam putemus, eaq; cum careamus, omnia humana placatè et moderatè feramus. Cic. A. Torq. Famil. 6.

Præter culpam & peccatum homini accidere nihil potest: quod sit horribile aut pertimescendum. Cic. Messinio, Famil. 6.

Ferenda est fortuna, præsertim quæ abest à culpa. Cic. A. Torq. Famil. 6.

Euersis rebus omnibus, cum consilio profici nihil possit, una ratio uidetur, quidquid euenerit, ferre moderatè. Cic. Torq. Famil. 6.

Perditis rebus omnibus ipsa uirtus se sustentare posse uidetur. Cic. Torq. Famil. 6.

Magna uis est in uirtutibus: eas excita, si forte dormiunt: iam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tanto esse coget, ut omnia, quæ possint homini euenire, contempnas, & pro nihilo putes. 3. Tusc.

Ratio in consolando plurimum ualere debet. Cic. Curioni, Famil. 6.

Summa est stultitia, frustra confici dolore, cum intelligas, nihil posse profici. 3. Tusc.

Nobis quidquid acciderit, fortiter et sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus. C. Att. lib. 14.

Commua

Communem, incertumq; casum, quem neq; uitare
quisquam nostrum, neq; prestare ullo pacto potest,
sapienter feramus. Cic. P. Sestio Famil. 5.

Vt secunda moderatè tulimus: sic nō solum aduer-
sam, sed funditus euersam fortunam fortiter ferre
debemus. Cic. Messinio, Famil. 5.

Nihil est præcipuè cuiquam dolendum in eo, quod
accidat uniuersis. Cic. Torq. Famil. 6.

Necessitas ferendæ conditionis humanæ quasi cū
Deo pugnare prohibet, admonetq; esse hominem: quæ
cogitatio magnoperè luctum leuat. 3. Tusc.

Nihil est quod plus ualeat ad ponendum laborem,
quàm cum est intellectum, nihil profici, & frustra
esse susceptum. 3. Tusc.

Quando præstitimus quod debuimus, moderatè
quod euenit feramus. Cic. Torq. Famil. 6.

Est etiam in nobis, ut & aduersa quasi perpetua
obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter
memineris. 1. de Finib.

Leuat dolorem communis quasi legis & humanæ
conditionis recordatio. Cic. Cecin. Famil. 6.

Leuis est tamen consolatio ex miserijs aliorum. Cic.
Torq. Famil. 6.

Eorum qui grauius ferunt luctus, aliorum exempla
leniuntur. Sic perpeßio ceterorum facit, ut ea
que acciderint, multò minora, quàm quanta sunt ex-
stimata, uideantur. 3. Tusc.

M

ipsa

ipsa aegritudo lenitur, cum obijcimus incoerentibus imbecillitatem animi effœminati: cumq; eorum gravitatem, constantiamq; laudamus, qui non turbulenter humana patientur. 4. Tusc.

Motus animi, sollicitudines, aegritudinesq; oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. 3. Tusc.

Omnibus modis fulciendi sunt qui corruunt, nec coherere possunt propter magnitudinem aegritudinis. 5. Tusc.

Hæc sunt officia consolantiũ, tollere aegritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quàm plurimũ, aut suppressere, nec pati manare longius, aut ad aliã traducere: aut, ut Chrysippo placet, in consolando detrahere illam opinionem incoerenti, si se officio fungi putet iusto atq; debito. Sunt enim qui gratum mortuis facere, si graviter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quædam. Existimant enim dijs immortalibus se facilius satisfacturos, si eorũ plaga percussi, afflictos se et stratos esse fateantur. 3. Tusc.

Sunt qui consolationem respiciant: sed refert quo modo adhibeatur. ut enim tulerit quisq; eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo affectus sit, prædicandum est. 3. Tusc.

Vt in causis. 3. Tusc. Vide in Simil. 41.

Nihil hoc fieri turpius, aut dici potest, quàm eum, qui hanc personam susceperit, ut amicorum controversias causasq; tueatur, laborantibus succurrat,
egris

egris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisq; rebus ita labi, ut alijs miserandus, alijs irridendus esse uideatur. 1. de Orat.

Dies dolorem minuit.

128

CONSOLATIONVM multæ sunt uia, sed illa rectissima impetret ratio, quod dies impetratura est.

Cic. Attic. lib. 12.

Sensim et pedetentim progrediens dolor extenuatur, non quòd ipsa res immutari soleat aut possit, sed id quod ratio debuerat, usus docet, minora esse ea, que sunt uisa maiora. 3. Tusc.

Cum constat ægritudinem uetustate tolli, hæc uis nō est in die posita, sed in cogitatione diuturna. ipsa enim cogitatio nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diurnitas. 3. Tusc.

Error stultis extenuatur die, ut cū eadē res maneat, aliter ferant inueterata, aliter recētia. 4. Tusc.

Quod allatura est ipsa diurnitas, quæ maximos luctus uetustate tollit, id nos præripere consilio, prudentiaq; debemus: neque expectare temporis medicinam, quam representare ratione possimus. Cicero Titio, Famil. 5.

Est in potestate, abijcere dolorem cū uelis, temporis seruientem. 3. Tusc.

Dies stultis mederi solet. Cic. Curio, Famil. 7.

Dolor in longinquitate leuis, in breuitate grauis esse solet, ut eius magnitudinem celeritas, diurnitas

tatem alleuatio consoletur. I. de Finib.

Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis
minuat atq; molliat. Ser. Sul. Ciceroni, Famil. 4.

Est tarda illa quidem medicina, sed tamen magna,
quam adfert longinquitas & dies. 3 Tusc.

Ceteri dolores mitigantur uetustate. C. Att. lib. 3.

Non nobis solum nati sumus, sed
reip. & posteris.

NON solum nobis diuites esse uolumus, sed libe-
ris, propinquis, amicis: maximeq; reip. I. Offic.

Bono uiro non minori curæ est, qualis resp. post
mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit. In Lelio.

Non nobis solum nati sumus. I. Offic. In Apoph. II.

Vt ad Archytam scribit Plato, non sibi soli se na-
tum homo meminerit, sed patriæ, sed suis, ut perexi-
gua pars illi relinquatur. II. de Finib.

Non dubitat agricola, quanuis senex, querenti cui
serat, respondere, dijs immortalibus, qui me non acci-
pere tantummodò à maioribus uoluerunt, sed etiam
posteris tradere. iidemq; laborant in eis, quæ sciunt
nihil omnino ad se pertinere: serunt arbores, quæ al-
teri seculo profint. Cato Maior.

Nec parentes, nec amici negligendi, eti-
am si ad amplissimam dignita-
tem perueneris.

SI QVAM præstantiam uirtutis, ingenij, fortuna
næ consecuti sunt nonnulli, impartiant eam suis, com-
munia

munificentq; cum proximis: ut si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores uel animo uel fortuna, eorum augeant opes, eisq; honori sint & dignitati: ut in fabulis, qui aliquãdiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut deorum aut regum filij inuenti, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt. In Lælio.

Mores crescunt cum ætate. 131

CVPIDITAS agendi aliquid adolescit una cum ætate. 5. de Finib.

Habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes uelimus esse. 1. de Orat.

Magni interest, quos quisq; audiat quotidie domi, quibuscum loquatur à puero, quemadmodum patres pedagogi, matres etiam loquantur. De claris Orat.

Quæ acciderunt in pueritia, meminimus optime sepe. 3. ad Heren.

Id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usq; ad extremum. Pro C. Rab. Post.

Vt superior ætas, sic & posterior esse solet. 132

STVDIA, quæ sunt in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ uirtutis maturitas & quantæ fruges industriæ sunt futurae. Pro Cælio.

Adolescentia significat ostenditq; fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, aut percipiendis

icipiendis accommodata sunt. Cat. Maior.

Facile in optimam partem cognoscuntur adolescententes, qui se ad claros et sapientes viros, bene consulentes reip. contulerunt: quibuscum si frequentes sint, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes quos ipsi sibi delegerunt ad imitandum. I. Offic.

Quis ullam ullius boni spem habebit in eo, cuius primum tempus ætatis palam fuerit ad omnes libidines diuulgatum? Ad senat. post red.

Perinde ut est opinio de cuiusq; moribus, ita quid ab eo factum sit & non factum, facile existimari potest. Pro Cluent.

Omnibus in rebus, quæ grauiiores maioresq; sunt, quid quisq; uoluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum. Neq; enim potest quisquam nostrum subito fingi, neq; cuiusquam repente uita mutari, aut natura conuerti. Pro Sylla.

Libidinosa & intemperans adolescentia effæctum corpus tradit senectuti. Cat. Maior.

Est quietè & purè & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus. Cat. Maior.

Acta ætas honestè ac splendide, tantã adfert consolationem, ut eos, qui ita uixerint, aut non tangat ægritudo, aut leuiter pungat animi dolor. 3. Tusc.

Qui adolescentum peccatis ignosci putant oportere, falluntur: propterea, quòd ætas illa non est im-

pedis

pedimento bonis studijs. At hi sapienter faciunt, qui
adolescentes maximè castigant, ut quibus uirtutibus
omnem uitam tueri possunt, eas in ætate maturissima
uelint comparare. 4. ad Heren.

Multi à voluptate ad uirtutem
se receperunt.

133.

MULTOS uidi & audiui, non modò qui primo-
ribus labris gustassent genus hoc uitæ uoluptariæ,
& extremis (ut dicitur) digitis attigissent, sed qui
totam adolescentiam uoluptatibus dedissent, emera-
sisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur,
recepisse: grauesq; homines & illustres fuisse. Da-
tur enim concessu omnium, &c. Pro M. Cælio. Vide
iuuentus, 134.

Multi & nostra & patrum memoria summi &
clarissimi ciues fuerunt, quorum cum adolescentiæ
cupiditates deferbuissent, eximie uirtutes firmata
iam ætate extiterunt. Pro M. Cælio.

Iuuentuti ludus quidam, & volu-
ptas interdum aliqua per-
mittatur.

134.

CUM iuuenes relaxare animos, & dare se iucun-
ditati uolent, caueant intemperantiam, meminerint
uerecundiæ. 1. Offic.

Ludendi est quidam modus retinendus, ut ne nimis
omnia perfundamus, elatiq; uoluptate, in aliquam tur-
pitudinem dilabamur. 1. Offic.

M 4

Ludo

Ludo & ioco uti illis quidem licet, sed sicut somno & quietibus ceteris, tum cum grauibus serijsq; rebus satisfecerimus. Ipsumq; genus iocandi ingenuum & facetum esse debet, non profusum, nec immodestum, sed semper in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. I. Offic.

Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam, quae ab honestatis actionibus non sit aliena. I. Offic.

Datur concessu omnium huic aliquis ludus aetati, & ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates, quae si ita erumpunt, ut nullius uitam labefactent, nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi solent. Pro M. Caelio.

Detur aliquid aetati, sit adolescentia liberior, non omnia uoluptatibus denegentur, non semper superet uera illa & directa ratio: uincat aliquando cupiditas uoluptasq; rationem, dummodo illa in hoc genere praescriptio moderatioq; teneatur: pareat iuuentus pudicitiae suae, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne foenore trucidetur, ne incurrat in alterius damnum atq; famam: ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem interimat, ne intersit insidijs, scelere careat. postremo cum paruerit uoluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum aetatis, atq; ad inanes hasce adolescentiae cupiditates, reuocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis, reip. ut ea, quae ratione antea non perspexerat, fatietate

satieta abieciſſe, experiendo contempſiſſe uidean-
tur. Pro M. Cælio.

Tempus iuuentutis ſua ſponte infirmum, aliorum
libidine infectum eſt. Pro M. Cælio.

Voluptate & delitijs facile iuuentus intercipi-
tur. In Vatinium.

Semper magno ingenio adoleſcentes refrænandî
potius à gloria, quam inuitâdi ſunt. amputanda ſunt
plura illi ætati, ſiquidem effloreſcit ingenij laudis
bus. Pro M. Cælio.

Tu plura in oratione pro M. Cælio.

Iuuentus lenum prudentia nitatur
& regatur.

135

EST adoleſcentis maiores natu uereri, exq; his
deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio
& auctoritate nitatur: ineuntis enim ætatis inſcitia
ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt. Maxi-
mè autem hæc ætas à libidinibus arcenda eſt, exer-
cendaq; in labore patientiaq; & animi & corporis:
ut eorum & in bellicis & in ciuilibus officijs uigeat
industria. I. Offic.

Tribuere plurimum ſeneſtuti debemus. I. Offic.

Eum, nos qui ætate anteit, tanquam ſuperiorem
colere debemus. In Lælio.

Non eſt rectû, minori parère maiorē. De Vniuerſ.

Imitandi ſunt maiores: primum illud exceptum,
ſed ne uitia ſint imitanda. I. Offic.

M

S

Seneca

Senectutis est proprium, ut adoleſcētulos doceat, instituat, ad omne officij genus instruat. Ca. Maior. Senectus.

NIHIL est præclarius, quā honoribus & reip. muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere id, quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo: se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, aut omnes, sui tamen ciues consilium expeterent. I. de Orat.

Omniū ætatum certus est terminus. Senectutis aut nullus certus est terminus: recteque in ea uiuitur, quoad munus officij exequi & tueri possis. Ca. Ma.

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. Non cani, nō rugæ repente auctoritatē afferre possunt, sed honeste acta superior ætas fructus auctoritati præbet extremos. Ca. Maior.

Senibus labores corporis sunt minuendi: exercitationes animi etiam augendæ uidentur. I. Offic.

Nihil magis cauendum est senectuti, quā ne languori se desidiæque dedat. Luxuria uerò cum omni ætati turpis, tum senectuti foediſſima est. Duplex enim inde malum est: quod & ipsa senectus dedecus concipit, & facit adoleſcentum impudentiorem in temperantiam. I. Offic.

Studioſe & diligēter euolues dialogum, qui Ca. Maior inscribitur, ubi in senectutis laudib. multus, immo etiā totus est Cicero.

**Relaxetur oportet aliquando
animus.**

137
Homines

HOMINES quanuis in rebus turbidis, tamē si mō
dō homines sunt, interdum animis relaxantur. 2. Phi.

Otīj non minūs, quān negotij ratio extare debet.
Pro Planco.

Contentio probanda. 138

CONTENTIO tandiu sapiens est, quāndiu aut
proficit aliquid: aut si nō proficit, nō obest. Pro Cael.

Malē parta malē pereunt. 139

MALE parta malē dilabuntur. 2. Philip.

Quibus facilē ignoscitur. 140

ILLIS facilē ignoscitur, qui non perseuerare,
sed ab errato se reuocare moliuntur. In Vatin.

Cuiusuis est hominis errare: nullius, nisi insipientis,
perseuerare in errore. Philip. 12.

Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij.
Philip. 12.

Sit erranti medicina confessio. Cic. ad Qu. frat.

Humanum est errare, sed ferinum perseuerare in
errore. Nostrum.

Voluntas puniatur, etiamsi non
impleatur. 141

IN IPSA deliberatione facinus inest, etiamsi ad
id non peruenerit. 3. Offic.

Non exitus rerum solum, sed et hominum consti-
lia legibus uindicantur. minus quidem dolendum est,
re non perfecta: sed puniendum certē nihilominus.

Pro Milone.

Multæ

Multæ simulationes, nec fronti
vlla fides.

IN ANIMIS hominum multæ sunt latebræ & multi recessus. Pro M. Marcello. 142

Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdã obtenditur uniuscuiusq; natura: frons, oculi, uultus persæpe mentiuntur. C. ad Qu. frat.

Temerè affirmare de altero, est periculosum, propter occultas hominum uoluntates multiplicesq; naturas. Cic. ad Brutum.

Fronte atq; uultu simulatio facillimè sustinetur. Cic. Lent. Famil. I.

Nullus ad nocendum efficacior, quàm domesticus inimicus. 143

NULLAE sunt occultiores insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. nam cum, qui palam est aduersarius, facile cauendo uitare possis: hoc uerò occultum, intestinum ac domesticum malum non modò existit, uerum etiam opprimit, antequam prospicere atq; explorare potueris. 3. Act. in Verr.

Tacitæ magis & occultæ inimicitie timèdæ sunt, quàm indictæ & apertæ. Act. 7. in Verr.

Vultus animum detegit. 144

VULTVS ac frons animi est ianua, quæ significat uoluntatem abditam ac retrusam. De Pet. Conf.

Omnis motus animi suum quendam à natura habet

vultum

uultum & sonum et gestum. Animi imago, uultus est: indices, oculi. nā hęc est una pars corporis, quę quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes possit efficere. Oculi enim sunt, quorum tum intentione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum significemus apte. nam oculos natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. 3. de Orat.

Ex oculorum obtutu, superciliarum aut remissione, aut contractione, facile iudicamus, quantus sit in homine dolor aut metus, aut deniq; tristitia. 1. Offic.

Ex coniectura multa discuntur. 145

PERINDE ut est opinio de cuiusq; moribus, ita quid ab eo factum sit & non factum, existimari potest. Pro Cluent.

De futuris rebus etsi difficile est dicere, tamen interdum possis coniectura propius accedere, cum res est eiusmodi, cuius exitus prævideri potest. Cicero Torq. Famil. 6.

Facile in optimam partem. 1. Offic. Vide, Ut superior aetas. 132.

Artibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atq; extat, utrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. 2. de Orat.

Aliena & videmus & curamus, nostra non cernimus. 146

FIT nescio quo pacto, ut magis in alijs cernamus si quid

*si quid delinquitur, quàm in nobismetipsis. 1. Offic.
Aliorum patroni, nostra tenere tueriq; non possu-
mus. 3. de Orat.*

*Satis superq; sit cuiq; suarum rerum cura: alienis
nimis implicari, molestum est. In Lelio.*

Alterum alterius auxilio eget.

*NULLVM est genus rerum, quod aut auulsam a
ceteris, per se ipsum constare, aut quo cetera si ca-
reant, uim suam atque æternitatem conseruare possi-
sint. 3. de Orat.*

Quæ uicinitas probanda.

*LAUDANDA est, uel amanda potius uicinitas
retinens ueterem illum officij morem, non infuscata
maleuolentia, non assueta mendacijs, non fucata, non
fallax, non erudita artificio simulationis uel subur-
bano, uel etiam urbano. Pro Planc.*

*Similitudo amicitiam parit: & odium
dissimilitudo contrahit.*

*MAGNAM uim habet ad coniungendas amicitias
studiorum ac naturæ similitudo. Pro Cluent.*

Pares cū paribus facillimè cōgregantur. Ca. Mai.

*Nihil est quod tam attrahat et alliciat ad amicitiam,
quam similitudo: qua fit, ut bonos boni diligant
asciscantq; sibi quasi propinquitate coniunctos, atq;
natura. nihil est enim appetentius similium sui, nihil
rapacius, quàm natura. hinc cōstat bonis inter bonos
quasi necessariam beneuolentiam esse. In Lelio.*

Dispa

Disparēs mores disparia studia sequuntur: nec ob
 aliam causam ullā boni improbis amici esse non possunt,
 nisi quod nata est inter eos, quanta maximē potest
 esse, morum studiorumq; distantia. In Lelio.

Natura quā doctrina vtilior. 150

MULTI sine ulla doctrina naturam ipsam secuti,
 multa laudabilia fecerunt. 3. de Finib.

Sæpius ad laudem atq; uirtutem natura sine doctrina,
 quā sine natura ualuit doctrina. Pro Ar. Poeta.

Omnes tacito quodam sensu, sine ulla arte aut ratione,
 quæ sunt in artibus ac rationibus recta ac praua,
 dijudicant. 3. de Orat.

Meliora sunt ea, quæ natura, quā quæ arte perfecta
 sunt. 2. de Nat. deor. (deor.

Nulla ars imitari naturæ solertiā potest. 1. de Na.

Omnis natura artificiosa est, et habet quasi uiam
 quandam et sectam, quam sequatur. 2. de Nat. deor.

Ars quā natura certior. 151

SINE doctrina si quid bene dicitur, adiuuante natura:
 tamen id quia fortuito fit, semper paratum esse non potest.
 De claris Orat.

Etsi ingenijs magnis præditi quidam dicendi copiam
 sine ratione consequuntur: ars tamē est dux certior,
 quā natura. Aliud est enim poetarum more uerba
 fundere: aliud ea quæ dicas, ratione & arte distinguere.
 4. de Finib.

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina: &
 quæ

que non optima, aliquo modo acui tamen & corrigi possunt. 1. de Orat.

Nemo scribat, nisi doctè.

VIDETVR quidquid litteris mandatur, id commendari omnium eruditorum lectione decere. Lectio nem sine ulla delectatione negligo. 2. Tusc.

Mandare quenquam litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & litteris. 1. Tusc.

Memoria.

MEMORIA est signatarum rerum in mente vestigium. 1. Tusc.

Memoria minuitur, nisi exerceas eam: nunquam tamen quenquam senem audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Cato Maior.

Rerum omnium thesaurus memoria: que nisi custos inuētis, cogitatisq; rebus et uerbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore peritura. 1. de Orat.

Memoria non modò Philosophiam, sed omnis uitæ usum, omnesq; artes una maximè continet. 2. Acad.

Principium.

PRINCIPII nulla est origo. nam ex principio oriuntur omnia. 1. Tusc. & in Som. Scip.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus usa augentur, 5. de Finib.

Principia

Principijs cognitio, multo facilius extrema intel-
liguntur. Pro Cluent.

Vsus.

155

NEC medici, nec Imperatores, nec oratores, quam-
uis artis præcepta perceperunt, quidquam magna
laude dignū sine usu & exercitatione consequi pos-
sunt. I. Offic.

Vsus magister est optimus. Pro C. Rab. Postu.

Vsus frequens omnium magistrorum præcepta
superat. I. de Orat.

Stylus est optimus & præstantissimus dicendi ef-
fector ac magister. I. de Orat.

Addit interdum nonnihil ipsa patria

& locus ad ingenium.

156

ACVTIORA sunt ingenia, & ad intelligendum
apertiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus
aër sit purus ac tenuis: quam illorum, qui utuntur
crasso celo atq; concreto: quin etiā cibo quo utaris,
interest aliquid ad mentis aciem. 2. de Nat. deor.

Themistocles. Cato Maior. In Apoph. 6.

Præclara rara, eaq; difficilia.

157

OMNIA præclara rara: nec quidquam difficili-
us, quam reperire quod sit omni ex parte in suo gene-
re perfectum. In Lælio.

In omni arte, uel studio, uel quauis scientia opti-
mum quidq; rarissimum. 2. de Finib.

Quod præclarum, idem arduum. 3. Tuscul.

N

Quo

Quo quid difficilius, hoc præclarius. 1. Offic.

Quæ rara atque ardua sunt, ea ex principio pulchra et iucunda hominibus uideri solent. 2. de Inuen.

Rebus maximis difficultatem ipsa natura proposuit. Nostrum.

Difficile, in dicendo omnibus
satisfacere.

158

MAGNUM onus est atq; munus, suscipere ac profiteri, sese omnibus silentibus, unū maximis de rebus magno in conuentu hominum audiendum. Adest enim ferè nemo, quin acutius atq; acrius uitia in dicente, quàm recta uideat. Ità quidquid est in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit: & quoties dicimus, toties de nobis iudicatur. nec quidquam est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoria stabile, quàm id, in quo deliqueris. 1. de Nat. deor.

Quæ sit caussa paucitatis Oratorum, & quibus de causis in dicendo timeamus, primo de Orat. ostenditur.

Nos vitiorum magis, quàm virtutum
meminimus.

159

NON TAM ea, quæ sunt recta probantur, quàm quæ praua sunt. fastidijs adherent. 1. de Orat.

Nihil tam insigne, nec tã ad diuturnitatis memoriã stabile, quàm id, in quo aliquid offenderis. 1. de Orat.

Multò acrior est memoria improborum, quàm bonorum. Pro Flacco.

Homines imperiti facilius quod stultè dixeris, reprobentur

prebentur

prehendere, quàm quod sapienter tacueris, probare
possunt. 2. de Orat.

Qui citandi ex historijs. 160

EX ANNALIVM monumentis testes excita-
mus eos, quorum omnis uita consumpta est in labori-
bus gloriosis. 2. de Finib.

Exempla ex uetere memoria & monumentis ac lit-
teris, plena dignitatis, plena antiquitatis, hæc pluri-
mum solent & auctoritatis habere ad probandum,
& iucunditatis ad audiendum. 5. Act. in Verr.

Cuius prædicatio omnibus nondum grata est, hanc
memoriæ potius, quàm uocis testimonio confirme-
mus. Philip. II.

Videndum est, ne quos ob beneficia diligi uolemus,
eorum laudem atq; gloriam, cui maxime inuideri so-
let, nimis efferre uideamur. 2. de Orat.

Accusator vacet omni crimine, veniatq;
ad accusandum non studio du-
ctus, sed officio. 161

CARERE debet omni uitio, qui paratus est in
alterum dicere: is demum maledicit, qui non potest ue-
rum ab altero audire. Recri. in Sall.

Nulla salus reip. maior est, quàm eos, qui alterum
accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua,
quàm illos qui accusantur de capite, de fortunis suis
pertimescere. Itaque semper hi diligentissime labo-
riosissimeq; accusarunt, qui se ipsos in discrimen

existimationis uenire arbitrabantur. Ex diu. in Verr.

Multa esse oportet in eo, qui alterum accuset: primum integritatem atq; innocentiam. Nihil est enim quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero uitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere. Accusare enim debent ij, qui nullo suo peccato impediuntur, quò facilius alterius peccata demonstrare possint. Ex diuin. in Verr.

Omnes, qui alterum in iudicium uocant, provide re debent, nō solum quid oneris in præsentia tollant, sed etiam, quantū in omnem uitam negotij suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi indicant innocentie, continentie, uirtutumq; omnium, qui ab altero rationem uitæ reposcunt: atq; eo magis, si id faciunt nulla re commoti, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit, ut mores corrigat aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse a religione officij declinarit? s. Act. in Verr.

Postulatur ab omnibus, ut ab ijs se abstineant maxime uitijs, in quibus alterum reprehēderunt. Furem aliquem aut rapacem accusaris? uitanda tibi semper erit omnis auaritie suspicio. Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem? cauendum erit semper, ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse uideare. Corruptorem, adulterum? prouidendum diligenter, ne quod in uita uestigium libidinis appareat. Omnia postremo, quæ uindicaueris in altero, tibi ipsi uehementer

menter fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. 5. Act. in Verr.

Nihil est tam inhumanū, quàm eloquentiam, &c.

2. Offic. Vide Eloquentia, 18.

Nihil est tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quàm uideri coniuratorū poenam mortemq; lugere. Pro Sylla.

Sine summo scelere non potes quod maleficium in alijs uindictaris, idem in illorum socio, cum scires, defendere. Pro Sylla.

Danda est opera, ne quid contra equitatem contendas, ne quid pro iniuria. 2. Offic.

Hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne unquam innocentem iudicio capitis accersas. Id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. 2. Offic.

Accusatores multos esse. Pro Rosc. Amer. Vide Premio & poena resp. continetur, 162.

Vtilius est absolui innocentem, quàm innocentem causam dicere. Pro Rosc. Amer.

Impediri bonam rem est melius, quàm concedi male. 3. de Leg.

Tu & quam raro, & quatenus accusandum sit, secundo Offic. legito, capite, Prima igitur.

Præmio & poena resp. continetur. 162.

NEC domus, nec resp. stare potest, si in ea nec

N 3 recte

rectè factis præmia extent ulla, nec supplicia peccatis 3. de Nat. deor.

Legibus præmia proposita sunt uirtutibus, et supplicia uitijs. 1. de Orat.

Verus, iustus atq; honestus labor honoribus, præmijs ac splendore decoratur: uitia autem hominum atq; fraudes damnis, ignominijs, uinculis, uerberibus, exilijs, morte mulctantur. 1. de Orat.

Improbis pœna statuenda est: nec minor uerò ijs, qui secuti erunt alterum, quàm ijs, qui ipsi fuerint impietatis duces. In Lelio.

Quos ipsa natura retinere in officio non potest, ij magnitudine pœnæ maleficio submoueri debent. Pro Rosc. Amer.

Quotusquisq; reperietur, qui impunitate proposita abstinere possit iniuria? impunitas peccandi maxima est illecebra. 3. Offic.

Non satis est eum, qui lacefferit, iniuriæ suæ poenitere, ut ipse ne quid tale posthac committat, & ceteri sint ad iniuriam tardiores. 1. Offic.

Est utilius, unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere, quàm propter multos improbos uni parcere. 5. Act. in Verr.

Accusatores multos esse in ciuitate utile est, ut metu cõtineatur audacia. Verum hoc ita est utile, ut ne plane illudamur ab accusatoribus. Pro Rosc. Am.

Vt medici membrum sæpe putrefactum. In Vatin. In Simul. 18.

In cor=

In corpore si quid est. Phil. 9. In Simili. 16.

Vt mēbra quēdā amputantur. 3. Offic. In Simi. 17.

Rebus prosperis, consulendum
est aduersis.

163

OMNES cūm secundæ res sunt, tum maxime se
cum meditari oportet, quo pacto aduersam erumnam
ferant. 3. Tusc.

Sapienter cogitant, qui temporibus secundis ca-
sus aduersos reformidant. 4. ad Heren.

Socius, & eius officia.

164

SOCII putandi sunt, quos inter res communi-
cata est. 5. Act. in Verr.

In rebus minimis socium fallere, turpissimum est:
propterea quod auxiliū sibi se putat adiunxisse, qui
cum altero rem communicarit. Pro Rosc. Amer.

Nemo ferē credit nisi ei, quem fidelem putat. per-
ditissimi est igitur hominis & amicitiam dissoluere,
& fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset.
Pro Rosc. Amer.

Litteras ad se ab amico missas, offensione aliqua
interposita, in mediū proferre, palāq; recitare, nihil
est aliud, quā tollere ē uita uitæ societate, tollere ami-
corū colloquia absentiū. multa enim loca esse solēt in
epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse uideantur: et
multa seria, neq; tamen ullo modo diuulganda. Ph. 2.

Aequē perfidiosum ac nefarium est, fidem frange-
re, quæ continet uitam: & pupillum fraudare, qui

N 4

in tua

in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Pro Rosc. Com.

Necesse est qui socium fama & fortunis spoliare conatus est, uanum se et perfidiosum & impium esse fateatur. Pro Quint.

Tecti ad alios esse possumus: socium uerò cauere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius officij ledimus. Vnde maiores eum, qui socium fefellisset, in uirorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Pro Rosc. Amer.

Nihil præter laudem bonis atque innocentibus ex socijs reportandum est. 3. de Leg.

Agricultura.

165

OMNIVM rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. 1. Offic.

vita rustica, quã nos agrestem uocamus, parsimonia, diligentia, iustitia magistra est. Pro Rosc. Ame.

Vita rustica, maxime disiuncta est à cupiditate, et cum officio coniuncta. Pro Rosc. Amer.

Agricolæ semper ita uiuunt, ut quæstum noscant nullum, fructum autem eum solum, quem labore pepererint. Pro Rosc. Amer.

Hominum generi uniuerso cultura agrorũ est salutaris. Nulla uita beatior esse potest. Neque solum officio, sed & delectatione & saturitate copiaque rerum omnium, quæ ad uictum hominum & cultum etiam

etiam pertinent. Cato Maior.

Ipsa ratio arandi, spe magis & iucunditate quadam, quam fructu atq; emolumento tenetur. Etenim ad incertum casum & euentum certus quotannis labor et certus sumptus impeditur. Annona porro pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Si autem ubertas in percipiendis fructibus fuerit, consequitur uilitas in uendendis, ut aut male uendendum intelligas, si processit: aut malè perceptos fructus, si rectè licet uendere. Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, ut eas non ratio, neq; labor, sed res incertissimæ, uenti tempestatesq; moderentur. 5. Act. in Verr.

Tu plenius legito, quibus perfruantur uoluptatibus boni senes agricolæ, in libro qui Cato Maior dicitur.

Seruiendum est valetudini. 166

VBIQUE moderatio uiriū adsit, et tantum, quantum quisq; potest, nitatur. Cato Maior.

Non modò quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. Cato Maior.

Habenda est ratio ualetudinis, utendū exercitationibus modicis. Ca. Maior. Vide, Sobriè uiuendum, 54.

Amor publicus præferatur
priuato. 197

TANTVM fraterno amori dandum non arbitror, ut quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat. Pro Sylla.

Non possunt una in ciuitate multi rem atq; fortuna

N 5 nas amita

nas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. Pro Lege Manil.

Nō est magis uituperāndus proditor patriæ, quam communis utilitatis aut salutis desertor propter suam utilitatem aut salutem. 3. de Finib.

Ex multis meliora.

168

E VARIIS sumendum est optimum. 1. de Leg.

Non solum ex malis minima oportet eligere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid insit boni. 3. Offi.

In duobus malis fugiendum maius, leuius est eligendum. Cic. ad Quint. frat.

In ceteris studijs à multis eligere homines commo-
dissimum quodq; solent. 2. de Inuent.

Ex minimis sæpe maxima.

169

IN MINIMIS rebus sæpe res magnæ deprehenduntur. Pro Flacco.

Minimis momentis maximæ temporum inclinatio-
nes fiunt. Philip. 5.

Dies adfert & hora magnas sæpe clades. Phil. 3.

Maledictum emissum, per omnium au-
res statim funditur.

170

NIHIL est tam uolucere, q̄ maledictum: nihil facilius emittitur, nihil latius dissipatur. Pro Planc.

Nemo in re sua testis.

171

MORE maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Pro Rosc. Amer.

Noluerunt

Noluerunt maiores nostri, hanc patere inimicitijs
uiam, ut quem quisque odisset, eum testimonio posset
tollere. ementiuntur enim sæpe in eos, quos oderunt.

Pro Fonteio.

Nemo eo, quod habet, contentus. 172

SVAE quæque fortunæ pœnitet. Cic. Torq. Fa. 6.

Suam quisque conditionem miserrimam putat. Ci.
Torq. Famil. 6.

Quod cuique. I. Offi. Vide Alterum ne læseris, 104.

Contentum esse. Parad. ultimo. Vide diues.

Diues.

173

OMNES sunt diuites (dicunt Stoici) qui cælo et
terra frui possunt. I. Offic.

Eum intelligimus diuitē, cui tanta possessio est, ut
ad liberaliter uiuendum facile contentus sit, qui nihil
querat, nihil appetat, nihil optet amplius. Parad. ult.

Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque
diuitiæ. Parad. ultimo.

Pauper.

174

EGENS est, qui non satis habet, & is cui nihil
satis potest esse. 4. ad Heren.

Improbi & auari quoniã incertas & in casu posi-
tas possessiones habent, & plus semper appetunt:
nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod
haberet, esset satis, non modò non copiosi ac diuites,
sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Pa-
radoxo ultimo.

Tu

Tu qui diues, uel uerè pauper dicatur, lege ultimo
Ciceronis Paradoxo.

Diues vix bonus

DIFFICILE est, uirtutes eū reuereri, qui semper
per secunda fortuna sit usus. 4. ad Heren. 175

Pecunia & diuitiæ.

EXPETVNTVR diuitiæ tū ad uitæ usus neces-
sarios, tum ad perfruendas uoluptates. 1. Offic. 176

Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam
collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec
solum necessarios, sed etiam liberales. 2. Offic.

Pecunia affectrix multarum & magnarum uo-
luptatum: pecunia uoluptates pariuntur maxima.
2. de Finib.

Omnia pecunia effici possunt. 5. Act. in Verr.

Auaritia.

DVAE res sunt, quæ maximè homines ad malefi-
cium impellunt, luxuries & auaritia. 2. ad Her. 177

Corrupti sunt deprauatiq; mores admiratione di-
uitiarum. 2. Offic.

Nihil est tam sanctum, quod non uiolari: nihil tam
munitum, quod non expugnari pecunia possit. 2. Act.
in Verrem.

Nullum est officium tam sanctum atque solenne,
quod non auaritia comminuere atque uiolare soleat.
at. Pro Quinct.

Nemo tam firmum habuit presidium, quod auari-
tia non.

ea non infregerit atq; debilitauerit. In Vatin.

Auaritia est opinio uehemens de pecunia. 4. Tusc.

Illi morbo, qui permanat in uenas, & inheret in uisceribus, nec inueteratus euelli potest, nomen est Auaritia. 4. Tusc.

Magno malo est hominibus auaritia, idcirco quod homines magnis & multis incommodis conflantur propter immensam pecuniae cupiditatem. 2. ad Her.

In quibusdam neq; pecuniae modus est, neq; cupiditatum, quos nulla praeda unquam improbe parta minuit, sed auget potius atq; inflammat. 1. de Finib.

Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis: neq; solum ea, qui habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Parad. I.

Auaritia insatiabilis, immensa & incredibilia potest. Ita enim hominum mentes obstrictas tenet, ut eas nullo tempore respirare permittat. In Vatin.

Nullum est uitium terrius, quam auaritia, praesertim in principibus & reip. gubernantibus: habere enim quaestui reip. non modo turpe est, sed scelerosum etiam & nefarium. 2. Offic.

Quid foedius auaritia? 1. de Leg.

Auaritia senilis uituperanda est maxime. Potest enim quidquam esse absurdius, quam quo minus uiae restat, eo plus uiatu quærere? Cato Maior.

Multi pauperes.

178

COPIAE paruae singulorum sunt. Eorum autem, qui

qui ijs egeant, infinita multitudo. 1. Offic.

Singulorum opes saepe sunt tenues & infirma ad gratiã referendam, ut opitulari bene merentibus non queant, si maximè cupiant. Antequã iret in exiliũ.

Quæ sit liberis à patribus relinquenda hæreditas.

OPTIMA hæreditas, quæ à patribus traditur liberis, omni patrimonio præstantior, est gloria uirtutis rerumq; gestarum, cui dedecori esse, nefas & uitium iudicandum est. 1. Offic. 179

Licet patri apud filiũ gloriari, ad quem hæreditas suæ huius gloriæ et factorã imitatio pertinet. 1. Off.

Nullum monumētum pater clarius relinquere potest, quã effigiem morum suorum, uirtutis, constantiæ, pietatis, ingenij filium. Philip. 9.

Quid propriè nostrum. 180

NIHIL meum est, neq; cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. Parad. 4.

Id cuiusq; est proprium, quo quisq; fruitur, atque utitur. C. Curioni, Famil. 4.

Oculi augent dolorem: 181

QUOCVNQVE in loco quisquis est, idem est ei sensus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum: tamen oculi augent dolorem, quia ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt. C. Torq. Fam. 6.

Acerba audire tolerabilius est, quã uidere. C. Curioni, Fam. 7. Facio

Facilius ad ea, quæ uisa sunt, quàm ad illa quæ au-
dita sunt, oculi mentis feruntur. 3. de Orat.

A consuetudine oculorum animum abducere, dif-
ficillimum est. 2. de Nat. deor.

Nihil est difficilius, quàm à consuetudine oculo-
rum mentis aciem abducere. 2. de Nat. deor.

Non audire, vel quod audis non intelligere,
vtrunq; iuxtà existimo. 182

IN HIS linguis, quas nō intelligimus, surdi pro-
fectò sumus. 5. Tusc.

Verba neminem mouent nisi eum, qui eiusdem lin-
guæ societate coniunctus est. 3. Orat.

Varietas grata. 183

AD AVRES nostras & sermonis suauitatem ni-
hil est uicissitudine, uarietate et commutatione aptius.
3. de Orat.

Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm
temporum uarietates, fortunæq; uicissitudines: quæ
etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in le-
gendo tamen erunt iucundæ. C. Luceio, Fam. 5.

Mulieres diutiùs quàm viri antiqui-
tatem retinent. 184

FACILIVS mulieres incorruptã antiquitatem
conseruant: quòd multorum sermonis expertes, ea te-
nent semper, quæ prima didicerunt. 3. de Orat.

Mulierum famam, multorum oculis lux clara cu-
stodiat. 2. de Legib.

DURUM

Durum est filium patris delicto
impediri.

EST ACERBVM, parentum scelera filiorum
pœnis lvi. Cicero Bruto. 185

Pleriq; frustra rogantur. 186

QVI maleuolo sunt animo, deteriores sunt roga-
ti. Cic. Curioni, Famil. 2.

Frustrâ eos appellamus, quorum auris atq; animus
â nobis abhorret. Cic. Quinto frat.

Proprium animi ingenui. 187

EST animi ingnui, cui multum debeas, eidem plu-
rimum uelle debere. Cic. Curioni, Famil. lib. 2.

Necessitas. 188

NECESSITAS cogit, quod non habeas, aliunde
sumere. 3. de Orat.

Furtum turpissimum. 189

NIHIL est turpius ingenuo, nihil minus libero
dignum, quam in conuentu maximo cogi â magistra-
tu, furtum reddere. 4. Act. in Verr.

Care emitur quod precibus im-
petratur. 190

MALO emere, quàm rogare. 6. Act. in Verr.

Est ei serendum, qui cupiat
colligere. 191

EST LIBERALE officium, serere beneficium,
ut metere possis fructum. Antequam iret in exil.

Secunda fortuna ab homine maximè
expetitur. 192

Homia

HOMINI nihil est magis optandum, quam prospera, equabilis perpetuaq; fortuna, secundo uitae sine ulla offensione cursu. Ad Quir. post red.

Etsi obtabilius est uitae cursum conficere sine dolore & sine iniuria: tamen ad immortalitatem gloriae plus adfert, desideratum esse à suis ciuibus, quam omnino nunquam esse uiolatum. Pro domo sua.

In omni uita nihil est ad laudem illustrius, quam ipsa calamitas. Pro domo sua.

Fauendum nobilitati.

193

OMNES boni semper nobilitati fauimus, et quia utile est reip. nobiles esse homines, dignos maioribus suis, & quia ualere debet apud nos clarorum hominum senex de rep. meritorum memoria, etiam mortuorum. Pro Sest.

Non minus debemus ijs, à quibus conseruamur, quam à quibus nascimur.

194

NON MINVS iucundi atq; illustres sunt hi dies, quibus cōseruamur, quam illi, quibus nascimur: quòd salutis certa letitia est, nascendi incerta conditio: eò quòd sine sensu nascimur, cum uoluptate conseruamur. 3. Inuect. in Catilinam.

Onus dici non debet, quod sponte suscipias.

195

ONVS NON est appellandum, quod cum letitia et uoluptate. 5. Act. in Verr.

O

Muller

Multi etſi de eadem re contendant, vnus tantum vincere poteſt.

196

CVM multi pares dignitate ſint, vnus tamen primum locum ſolus poteſt obtinere. Pro Muræna.

Quidquid eſt huiusmodi. I. Officiorum. Vide Ambitio. 72.

Pax.

197

PAX EST tranquilla libertas. Philip. 2.

Dulce eſt nomen pacis: res uerò ipſa cùm iucunda, tum ſalutaris. Phil. 13.

Nihil eſt tam populare, quàm pax: qua nō modò ij, quibus ſenſum natura dedit, ſed etiam teſta atq; agri mihi letari uidentur. Pro Leg. Agra. contra populū.

Nomē pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris. Phil. 2.

Paci, quæ nihil habet inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. I. Offic.

Pax eſt repudianda, ſi ſub eius nomine latitet bellum. Philip. 12.

Leges, aut iudicia eſſe non poſſunt, pace ſublata. Philipp. 8.

Bellum.

198

SVSCIPIENDA bella ſunt, ut in pace ſine iniuria uiuatur. I. Offic.

Non ſolum aduentus belli, ſed metus ipſe adfert calamitatem. Nam cum hoſtium copiæ non longe ab ſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora reſtinguntur, agricultura deſeritur, mercatorum nau-

nigatio

rigatio conquiescit. Pro Lege Manilia.

incerti sunt exitus pugnarum, marsq; est commu-
nis, qui saepe spoliante[m] iam & exultante[m] euertit,
& perculit ab abiecto. pro Milone.

Incertus est exitus, & anceps fortuna belli. Pro
M. Marcello.

Incerti sunt exitus belli, Marsq; communis. Ph. 10

Incertus est belli exitus. Philip. 13.

Omniū bellorum exitus incerti sunt. Cicero Tor-
quato, Famil. lib. 6.

Omniū belli Mars est communis. & semper incerti
exitus praeliorum sunt. Cic. Torq. Famil. lib. 6

Armorū exitus semper incerti & timendi. Cice-
ro Attico, libro 8.

Bellum ciuile.

199.

CIVILE bellum perniciosissimum. Cicero Attico,
libro 8.

Omnia sunt misera in bellis ciuilibus, sed miserius
nihil quam ipsa uictoria: quae etiamsi ad meliores ue-
nit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresq; red-
dit, ut etiamsi natura tales non sint, necessitate tamen
esse cogantur. Multa enim uictori eorum arbitrio,
per quos uicit, etiam inuito facienda sunt. Cic. Mar-
cello, Famil. lib. 4.

Bellorū ciuiliū hi semper exitus sunt, ut non ea
solā fiant quae uelit uictor, sed etiam ut ijs mos gerens
dus sit, quibus adiutoribus parta est uictoria. Cicero.
Cornific. Famil. lib. 12.

O 2 Nihil

Nihil uiro bono et quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersijs. Cicero Attic. libro 9.

Victoria.

VICTORIA est semper insolens. Cic. Ser. Sul. Familiar. 4. 200

Victoria natura & insolens & superba est. Pro Facilis est victoria, si repugnet nemo. (Marcello, 201

FACILE est uincere non repugnantem. 1. Tusc. *Nulla est laus, ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. 2. Act. in Verr. Vetus odium vix occidit.* 202

HOC natura est insitum, ut quem timueris, qui cum de uita fortunisque contenderis, cuius ex insidijs euaseris, hunc semper oderis. Pro Sylla.

Spes.

SO LA spes hominem in miserijs consolari solet. 203
4. Inuect. in Catilinam,

Non definit quis esse medicus, etiam si non curetur aegrotus. 204

ÆGRI, quia non omnes conualescunt, non idcirco nulla medicina est. 2. de Nat. deor.

Non domo dominus, sed domino domus commendari debet. 205

NON DOMO dominus, sed domino domus habet.

nestanda est. 2. de Diuina.

Qui laude non ducitur, nec metu
quoq. mouebitur. 206

SI LAUS allicere nos ad rectè faciendum non
potest, nec metus quidem à foedis factis potest
auocare. Pro Milone.

Omnes non tam gloria mouentur,
quàm ignominia. 207

QVIS honorè, quis gloriam, quis laudè, quis ul-
lum decus tam unquam expetit, quàm ut ignomi-
niã, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? Partit. Ora.

Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas,
contumelia tamen & dedecus magnoperè moueat.
Partit. Orat.

**SPECTATISSIMO VI-
RO PETRO BAUDETIO RE-
gis apud Compendium Procuratori di-
gnissimo Petrus Lagnerius Com-
pendiensis Salutem.**



ERVM omnium, quibus nos ad litte-
ras, ad uirtutem accendimur, uir specta-
tissime, nihil est quod nos perinde exci-
tet, quam si ad imitandum hi nobis propo-
nantur, quibus propter singularem probi-
tatis, aut eruditionis opinionem ab omni-
bus plurimum tribuitur. Dici enim non

o iij potest

potest quantopere ad discendum inuitemur, si quando uideamus illud probari, quod effingere, quod imitari conamur. Quo factū est, ut ipsa de eruditione, de uirtute tua cogitatio studium nostrum iam inde a puero incredibiliter incenderit probitatis tuæ imitandæ, nihilq; est rerum omnium, quod a nobis expetatur ardentius, quam ut possis aliquando intelligere, qua sit erga te Lagnerius tuus uoluntate, & quantopere cupiat aliquo uel studio, uel officio tuam sibi beneuolentiam adiungere. Etenim quis est tam cæci tam nullius homo iudicij, qui illius beneuolentiam omnibus partibus non ambiat, qui sit omni laudis genere dignissimus, quiq; in omni disciplinarum, in omni uirtutum genere ita sit excultus, de eo ut iure addubitetur, magis ne ob probitatem, quam ob plurimarum maximarumq; artium scientiam & cognitionem sit amandus? Nemo est credo qui de litteris, qui de ingenijs iudicare possit, si modo tenuerit, quin te statim cognitum summa beneuolentia, pari obseruantia coluerit. Accedit ad hæc propensio tuus & uerè paternus in me animus, cui carus semper æque fui ac gratiosus ac si tibi essem è uisceribus natus. Nostræ ut admodum conditioni, Compendioq; nostro congratulemur, quod talem domi patronum habeamus, & ubi præsit ex Theobaldorū familia iudex æquissimus, ubi regis fiscum tueatur ex filiorum domo acutissimus causidicus, ubi ciuibus atque forensibus a duobus æquissimis prætoribus ius reddatur, ubi summa causidicorum integritate infirmiores iniuria prohibeantur, summa ubi tranquillitate, maiori concordia degatur, rei q; Christiane libertas & honor omni contentione defendatur quasi que in singulis sint optima, in hoc angusto loco, uelut Cornucopiæ posita & coacta uideantur, ut ex singulis rebus optimis atque florentissimis locum esse conflatum, & inde Compendium dictum existimemus. Atque ita iudico, si ad nos fato nescio quo cum suis Musis redeat Iupiter aut Apollo, suam istic, relicto Helicone, sedem sit positurus quum rex ille noster Franciscus, quem oblitteratis illis & fabulosis dijs longo interuallo præferimus, propter salubritatem urbis & pulchritudinem eo loco admodum oblectetur nobisq; hoc nomine

admodum

admodum congratulemur, quod laudabili et honesta Lagneriorum familia istic & editi & alti simus, patremq; Laurentium habuerimus, quem & natum esse iure gaudemus, & Compendium, dum stabit, perpetuo lætabitur. Cuius uiri reliquias paternamq; gloriam filij tres, quorum sum natus minimus, & studiosè & diligenter persequentur. Quod quo fiat commodius, tuæ erit singularis humanitatis, ut pari studio familiam nostrã foveas, quo tu quondam patrem es profecutus, quum ipse mihi sim testis optimus, quam te ualde diligit, & qua te beneuolentia complectatur obseruandissimus ille Isaac Lagnerius, patris frater, mihi patruus, beneficio cuius maxima ex parte id sumus, quod sumus. noster autem qui sit, aut hæctenus in te fuerit animus, ne qua tibi ex parte esset obscurus, non priuata, sed publica hac epistola testamur. qua nos tibi Apophthegmata nostra pleno fauore consecramus. Illudq; rogo.

Lagnerio tribuatur, ut existimes nihil esse, quod tua caussa susceptum, non ultro sit ac libenter facturum, Vale. Tholosæ, decimo

Galend. Septembris.

M. D. xli.

PER Scriptam & perfectam epistolam, ecce mihi a meis redduntur litteræ, quibus audio te apud Syllanectum primarium iudicem esse factum. cui ego magistratui congratuler magis, an inuideam, nescio. Gaudeo quidem, eruditioni tuæ singulari nouum indies, etsi multo maiora debeantur, accedere ornamentum. doleo contra, priuari consuetudinis tuæ &

○ iiij

eruditionis

eruditionis fructu nostrum istud Compendium cuius tu, nisi uehementer fallar, eras decus primarium, uel, ut quod sentio loquar, ciuitatis oraculum. rogamus ut quem in tuos induisti affectum, is commutato loco nequaquam minuatur. Iterum Vale

APOPHTHEGMATA
ALIQVOT SEV GRAVES MVLT
torum Sententiæ, ex M. T. Cicerone.

LIBER II.

Themistocles. I.



PVD Græcos fertur incredibili quasdã magnitudine consilij atq; ingenij Atheniensis ille fuisse Themistocles, ad quem quidam doctus homo, atq; in primis eruditus accessisse dicitur, eiq; artem memoriæ, quæ tum primum proferebatur, pollicitum esse se traditurũ. Cũ ille quæsisset, quid nam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset. et ei Themistoclem respondisse, gratius sibi illum esse facturum, si se obliuisci quæ uellet, quàm si meminisse docuisset. Cuius responsi his uerbis & eleganter & ingeniose Cicero meminit: Non sum tanto ego ingenio, quanto Themistocles fuit, ut obliuionis artem quàm memoriæ malim: gratiamq; habeo Simoniidi illi Chio, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. dicunt enim cùm cœnaret Granone, &c. 2. de Orat.

2. Th.

2. Themistocli cum Simonides, aut quis alius artē memorie polliceretur: Oblivionis (inquit) malle. nam memini eorum, quæ nolo: obliuisci non possum, quæ uolo. 4. de Finib. & 4. Acad.

3. Themistoclem illum summum Athenis uirum dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur quod acroama, (id est, dictum) aut cuius uocem libentissimè audiret: Eius, à quo sua uirtus optimè prædicaretur. Pro Archia poeta.

4. Themistocles cum consuleretur, utrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret: Ego (inquit) malo uirū, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quæ uiro. 2. Offic.

5. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset: quærentibusq; respondebat, Miltiadis trophæis se è somno suscitari. 4. Tusc.

6. Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendore affecutū: Nec Hercule (inquit) si ergo Seriphius essem, nobilis essem, nec tu si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. Cato Maior.

Plato.

7.

PLATO tum deniq; fore beatas resp. putauit, si aut docti, aut sapiētes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. C. ad Quinct. frat.

8. Vir nemo probus ab improbo se donari uult.

○ 5

Donis

Donis impij ne placare quidē audeāt Deos. 2 de Leg

9. Quales in Repub. principes sunt, tales reliqui solent esse ciues. Cicero Lentulo, Famil. lib. 1.

10. Beatus est, cui in senectute contigerit, ut sapientiam uerasq; opiniones assequi possit. 5. de Finib.

11. Non solum nobis nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partem amici. 1. Offic.

12. Scientia, quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda. 1. Offic.

13. Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiã non cernimus: quàm illa ardentis amoris excitaret sui, si uideretur. 2. de Finib.

14. Honestum ipsum si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ. 1. Offic.

Socrates.

DVAE sunt uie, duplicesq; cursus animorum e corpore exeuntium. Nam qui se uitijs humanis contaminarunt, & se totos libidinibus tradiderunt, ijs deuium quoddam iter est seclusum à consilio Deorum: qui autem se integros castosq; seruarunt, quibusq; fuit minima cum corporibus contagio, suntq; in corporibus humanis uitam imitati Deorum, ijs ad illos, à quibus sunt profecti, facile patet reditus. 1. Tusc.

16. Socrates ut est apud Platonem, cum se morte mulctatum uideret: Magna me spes, inquit, tenet iudices, bene mihi cuenire, quòd mittar ad mortem: sed tempus est iam hinc abire me, ut moriar, nos ut ui-

tam agatis. I. Tusc.

17. Socrates interrogatus à iudicibus, quàm estimationem commeruisse se maxime confiteretur: Respondit se meruisse, ut amplissimis honoribus & præmijs decoraretur, & ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius responso sic Iudices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. I. de Orat.

18. Cum Socrati scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei uideretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: Sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, nõ uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent uiriles: sic illam orationem disertam sibi & oratori am uideri, fortem & uirilem non uideri. I. de Orat.

19. Socrates rogatus à Critone, quemadmodum se peliri uellet: Multam uero, inquit, operam amici, frustra consumpsi. Critoni enim nostro non persuasi, me hinc auolaturum, neq; quicq; me relietum. Veruntamen Crito, si me assequi potueris, aut sicubi nactus eris, ut tibi uidebitur, sepelito. Sed mihi crede, nemo me uestrum, cū hinc excessero, consequetur. I. Tusc.

20. Cum ex Socrate esset quæsitum, Archelaum Perdicæ filium, qui tum fortunatissimus habebatur, nonne beatum putaret: Haud scio, inquit: nunquam

CHINO

enim cum eo locutus sum. An tu aliter scire non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem Rege magno potes dicere, beatus ne sit? An ego possum, cum ignorem quam sit doctus, quam uir bonus? Quid? tu in eo sitam uitam beatam putas? Ita prorsus existimo, bonos beatos, improbos miseros. Miser ergo Archelaus? Certè, si iniustus. 5. Tusc.

21. Socratem ferunt, cum usq; ad uesperum contentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quò melius cœnaret, obsonare ambulando famem. 5. Tusc.

22. Qualis cuiusq; animi affectus esset, talem esse hominem Socrates differebat: qualis autè homo ipse esset, talem eius esse orationem: orationi autem facta simillima: factis uitam. 5. Tusc.

23. Cum multa in conuentu uitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profiteretur, derisus est à ceteris, qui illa in Socrate non agnosceret. Ab ipso autem Socrate subleuatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione à se deicta diceret. 4. Tusc.

24. Socrates cum rogaretur, cuiatem se esse diceret: Mundanum, inquit. totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. 5. Tusc.

25. Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quasi compendiarium dicebat: si quisq; id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. 2. Offic.

Cibi

26. Cibi condimentum est fames, potionis sitis. 5.
Tusculanarum.

Apollo Pythius. 27

E V A R I I S sumendum optimum. 2. de Leg.

28. Nosce te ipsum. 1. de Legib.

Thales Milesius. 29

T H A L E S, qui sapientissimus inter septem fuit, dicebat homines existimare oportere, deos omnia cernere, deorumq; omnia esse plena, & fore omnes castiores, ueluti quo infans esset maxime religiosus. 2. de Legib.

Simonides. 30.

C V M A Simonide quaesiuisset tyrannus Hiero, quid aut quale esset Deus, deliberandi sibi unum diem postulauit. Cùm idem ex eo postridie quaereret biduum petijt. Cùm saepius duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero requireret cur ita faceret: Quia quanto (inquit) diutius considero, tantò mihi res uidetur obscurior. 1. de Nat. deor.

Diagoras. 31

D I A G O R A S cùm Samothraciã uenisset, atheos ille qui dicitur, atq; ei quidam amicus, Tu qui deos putas humana negligere, nõne animaduertis ex tot tabulis pictis, quam multi uotis uim tempestatis effugerint, in portumq; salui peruenierint? Ita fit, inquit: illi enim nunquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in mariq; perierunt, itemq; cum ei nauiganti uecto

ti uectores aduersa tempestate timidi & perterriti
dicerent, non iniuria sibi illud accidere, qui illum in
eandem nauem recepissent, ostendit eis in eodem cur
su multas alias laborantes, quæsiuitq; num etiam in
ijs nauibus Diagoram uehi crederent. 3. de Nat. Deo.
Solon.

S O L O N gloriari solebat, se aliquid quotidie ad
discipulum, senem fieri. Cato maior. 32.

33. Pisistrato tyranno à Solone querenti, qua tan
dem spe fretus, sibi tam audacter resisteret: respon
dit, senectute. Cato maior.

34. Solon cum interrogaretur, cur nullum suppli
cium constituisset in eum, qui parentem necasset: re
spondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter
fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea
commisum non erat: ne tam prohibere, quam admo
nere uideretur. Pro Ros. Amer.

35. Solon Remp. duabus rebus contineri dicebat,
premio & poena. Cic. Brut.

Diogenes. 36

D I O G E N E S cynicus Alexandro roganti ut dice
ret, si quid ei opus esset: nunc quidē paululum, inquit
à sole absis. officiebat uidelicet apricanti. Et hic qui
dem disputare solebat, quanto Regem Persarum uis
ta fortunaq; superaret: sibi nihil deesse, illi nihil sa
tis unquam fore: se eius uoluptates non desiderare,
quibus ille nunquam satiari posset, suas eum consequi
nullo

nullo modo posse. 5. Tusc.

37. Cum ab amicis rogaretur Diogenes, ubi uellet inhumari: Projicite, inquit, me inhumatum. Tum amici: Volucribusne & feris? Minime, inquit, sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Qui poteris? illi, non enim senties. Qui igitur mihi ferarum lanatus oberit, nihil sentienti? 1. Tusc.

Anaxagoras.

38.

ANAXAGORAS, quærentibus amicis, uellet ne Clazomenas in patriam si quid accidisset, referri: Nihil necesse est, inquit, undique enim ad inferos tantundem est uia. 1. Tusc.

39. Ferunt Anaxagoram, nunciata filij morte, dixisse: Sciebam me genuisse mortalem. quæ uox declarat, ijs esse hæc acerba, à quibus non fuerunt cogitata. 3. Tusc.

Leonidas.

40.

Dux Leonidas, animans suos milites, solebat dicere: Prandite animo forti Lacedæmonij, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. 1. Tusc.

Lacedæmonij cuiusdam celebre

dictum.

41.

LACEDÆMONIUS quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempsit, ut cum adduceretur damnatus ab Ephoris, & esset uultu hilari atque læto, dixissetque ei quidam inimicus, Contemnis ne leges Licurgi? respondit: Ego uero illi

maximam

maximam gratiam habeo, quod me ea poena multatam
uerit, quam sine mutuatione & sine uersura possem
dissoluerem, I. Tusc.

Cuiusdam Lacænæ.

LACAENA, cum filium in proelium misisset, & in
interfectum audisset: Idcirco, inquit, genueram, ut
esset qui pro patria non dubitaret mortem occum-
bere. I. Tuscul.

Epicharmus.

EMORI nolo, sed me esse mortuum, nihil existi-
mo. I. Tusc.

Cyrenæus Theodorus.

CYRENAEO Theodoro cum Lysimachus rex
crucem minaretur: Istis quæso, inquit, ista horribilia
minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil in-
terest, humi ne an sublimè putrescat. I. Tusc.

45. Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Ma-
gnum uerò, inquit, effecisti, si cantharidis uim con-
secutus es. 5. Tusc.

Theramenes.

THERAMENES, cum coniectus in carcerem
triginta iussu tyrannorū uenenum ut sitiens obbibis-
set, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret. quo
sonitu reddito arridēs, Propino, inquit, hoc pulchro
Critiæ: qui in eum fuerat teterrimus. Lusit uir egre-
gius extremo spiritu, cum iam præcordijs conceptam
mortem contineret. I. Tusc.

Tela

EX CIC. I.
Telam

EGO cum genui, puerum
Theophrastus

THEOPHRASTUS

quod corus & corus

nihil inter. Theophrastus

tam exiguum uisum

potuisset esse longinquum

perfectis artibus, omnia

3. Tusc.
Leontinus Gorgias

CUM EX Leontino Gorgias

esse uellet in uita. Nihil in

senectute. Cato Maximus

Sophocles.

CUM EX Sophocle quibus

ueteretur rebus ut

libenter uerò istis tam

curioso profugi. cupiditate

in & molestum est forsitan ut

repletis iucundius est carere qu

Antipater Cyrenæus

ILLUD Antipateri Cyrenæus

obscenus, sed non absurda pro-

uam cum mulier cale. Lantius

inquit, an uobis nulla uisum

5. Tusc.

Telamon.

47

E G O cū genui te, moriturum sciui. 3. Tusc.

Theophrastus.

48

THEOPHRASTVS moriens, accusasse naturā dicitur, quōd coruis & cornicibus uitam diuturnam quorum nihil interest: hominibus, quorum maximē interfuisset, tam exiguam uitam dedisset. quorum fētas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum uita erudiretur. 3. Tusc.

Leontinus Gorgias.

49

CVM EX Leontino Gorgia quæreretur, cur tam diu esse uellet in uita: Nihil habeo inquit, quod incūsem senectutem. Cato Maior.

Sophocles.

50

CVM EX Sophocle quidam iam confecta etate quæreret, utereturne rebus ueneris: dij meliora, inquit: libenter uerō istinc tanquam à domino agresti & furioso profugi. cupidis enim talium rerum odio sum & molestum est fortasse carere: satiatis uerō & expletis iucundius est carere quàm frui. Cat. Maior.

Antipater Cyrenaicus.

51

ILLVD Antipatri Cyrenaici est quidem paulō obscœnius, sed non absurda sententia est: cuius cecitatem cū mulierculæ lamentarentur: Quid agitis? inquit, an uobis nulla uidetur uoluptas esse nocturna? 5. Tusc.

P

A. S. C.

Asclepiades.

52

Asclepiadem ferunt non ignobilem Eretricum philosophum, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse: Pueri ut uno esset comitator. 5. Tuscul.

Demosthenes.

53.

DOLERE se aiebat Demosthenes, si quando opificum antelucana uictus esset industria. 4. Tusc.

54. Leuiculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ insusurrantisq; alteri, Hic est ille Demosthenes. Quid hoc leuius? At quantus orator? sed apud alios loqui uidelicet didicerat, non multum ipse secum. 5. Tuscul.

Pericles.

55

PERICLES, cum haberet collegam in prætura Sophoclem poetam, hiq; de communi officio cõuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetq; Sopocles: O puerum pulchrũ Pericle: ait, At enim Prætorem Sophocle decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. 1. Offic.

Xenocrates.

56

QVVM ad Xenocratem legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent: adduxit legatos ad cœnam in Academiam: his tantum apposuit quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarèt eum, cui numerari iuberet: Quid, uos hesterna (inquit) cœna

penula non intellexit, n
cum tristiores uideret,
ne aspernari Regu libe
cul.

Curius.

CYRIO ad focum sedent
mores cum attulissent, rep
m aurum habere præclarum
quid haberent aurum, imp

Timotheus Atti

TIMOTHEVM dicitur

incipem ciuitatis ferat cum
nem, eiq; conuicio admittit

q; cum postridie dixisset
solum in presentia, sed et
5. Tusc.

Darius.

DARIVS in fuga cum ap
bus inquinatam bibisset, ar
tandus: nunq; uidebat juu

Ptolemus.

Ptolemo peragranti Reg
secutus, cum cibarius in uis
sum est illo pane uicandus

Diouyius.

CVM IYANNUS cœnam

cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos cum tristiores uideret, triginta minas accepit, ne aspernari Regis liberalitatem uideretur. §. Tuscul.

Curius.

57

CURIUS ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt. Non enim aurum habere præclarum sibi uideri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Cat. Maior.

Timotheus Atheniensis.

58

TIMOTHEVM clarum hominem Athenis, & Principem ciuitatis ferunt cum cœnauisset apud Platonem, eoq; conuiuio admodum delectatus esset, uisissetq; eum postridie, dixisse: Vestrae quidem cœnæ non solum in præsentia, sed etiam postero die iucunda sunt. §. Tusc.

Darius.

59

DARIUS in fuga cum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit unquam se bibisse iucundius: nunq̄ uidelicet sitiens biberat. §. Tusc.

Ptolemæus.

60

PTOLEMEO peragranti Aegyptum, comitibus nõ consecutis, cum cibarius in casa panis datus esset, nihil uisum est illo pane iucundius. §. Tusc.

Dionysius.

61

CVM tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit

P 2

se iure

iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatū. Turn
is, qui illud coxerat, Minimè mirū: condimenta enim
defuerūt. Quæ tandem? inquit ille. labor in uenatu,
sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus
Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. 5. Tusc.

62. Dionysio cū quidam ex eius assentatoribus
Damocles cōmemoraret in sermone copias eius, opes,
maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnifi-
centiam ædium regiarum: negaretq; unquam beatio-
rem quenquam fuisse: Vis ne igitur (inquit) ô Damo-
cle, quoniam hæc te uita delectat, ipse eandem degu-
stare, & fortunam experiri meam? Cū se ille cupe-
re dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto
strato pulcherrimè textili stragulo, magnificis ope-
ribus picto, abacosq; complures ornauit argento au-
roq; calato: tum ad mensam eximia forma pueros de-
lectos iussit cōsistere, eosq; ad nutum illius intuen-
tis diligenter ministrare. Aderant unguenta, corona,
incendebantur odores, mensæ exquisitissimis epulis
extruebantur: fortunatus sibi Damacles uidebatur.
In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacuna
ri seta equina aptum demitti iussit, ut impenderet il-
lius beati ceruicibus. Itaq; nec pulchros illos minis-
tratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec
manum porrigebat in mensam, iam ipsæ defluebant
coronæ. Deniq; exorauit tyrannum ut abire liceret,
quod iam beatus nollet esse. Satis ne uidetur decla-

raste

EX CIC.

Carisse Dionysius, nihil est
aliquis terror impendit
De eius sacris pueris
lib. de Scythia

Pythagoras

NON EST inuisa in
refugio ac statione uita
Pietas maxime & religio
pulis, cum rebus diuini opo-
Bis.

BIAS,, cuius cum parum
ceteriq; ita superis, ac ma-
rent, cum esset admonitus
ueret: Ego uero inquit, fan-
im porto. ille hec ludibria
pauit, que nos appellamus
licetis.

DICEBAT Socrates de
tribus in Epuro contra uentum
uati solere. Alterum tunc
calicia reprimebat alterum
lunincitabat. 3. de Ora.

Zeno

ZENO Rhetoricam palam
Solem dicebat, quod latius
delectici autem compositum.
68. Zeno ille, a quo discipulus

et arasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendat? 5. Tusc.

De eius sacrilegio plenissimè apud Ciceronem
lib. de Natura deorum tertio.

Pythagoras. 63

NON EST iniussu imperatoris (id est, Dei) de presidio ac statione vitæ decedendum. Cato Maior.

64. Pietas maximè & religio uersantur in animis nostris, cum rebus diuinis operam damus. 2. de Leg.

Bias. 65

BIAS,, cuius cum patriam Prienen cepisset hostis, ceteriq; ita fugerēt, ut multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus à quodam, ut idem ipse faceret: Ego uerò, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. Parad. I.

Isocrates. 66

DICEBAT Isocrates doctor singularis, se calcari in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. Alterum enim exultantem uerborum audacia reprimebat: alterum constantem & uerecundum incitabat. 3. de Orat.

Zeno. 67

ZENO Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius. 2. de Finib.

68. Zeno ille, à quo disciplina Stoicorum est, ma-

P 3 nu dea

nu demonstrare solebat, quid inter Rhetoricam & Dialecticam interesset. Nam cum cōpresserat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat, & manū dilatauerat, palmæ illius similē eloquentiam esse dicebat: hocq; uno solum differre, quòd hæc ratio dicendi latior sit, alia loquendi contractior. Orat. ad Brut.

Archytas Tarentinus.

69

ARCHYTAS cum uillico factus esset iratior, Quo te, inquit, modo accepisse, nisi iratus es. 4. Tu.

70. Nulla capitalior pestis, quam corporis uoluptas hominibus à natura data est. hinc patriæ prodictiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nascuntur. nullum deniq; scelus, nullum magnum facinus est, ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impellat: supra uero & adulteria & omne flagitium nullis alijs illecebris excitantur, nisi uoluptate. Et menti nihil est tam inimicum, quam uoluptas, nec libidine dominante, temperantiæ locus est omnino, nec in uoluptatis regno potest uirtus consistere. Quocirca nihil tam detestabile tamq; pestiferum, quam uoluptas: si quidem cum maior est & longior, omne animi lumen extinguit. Cato Maior.

Aeschines.

71

AESCHINES cum propter ignominiam iudicij sessisset Athenis, & se Rhodum contulisset, rogatus à Rhodjs

Rhodjs, legisse seruo
nam in Ctesiphontis contra
qua perlecta, periculum est
illam etiam, que erat contra
Ctesiphonte edita. Quam cū
legisset, admiratibus omnibus
uoluit, quantum esset in actione
illam esse putaret, audirent
Philip. Macri.

Ne eos tibi fideles puta
Fit enim deterior qui
expectandum paratior. Hinc
patemus omnibus. 2. Offic.
Annibal.

REX Prusias, cum apud
pugnare placeret, negabat se
liberent: An tu (inquit) cum
quam Imperatori ueteri contra
Silenus.

SILENVS à Nida uero
missione dedisse scribitur.
proximum autem quod
Cytus maior mo

Xenophon
Nolite arbitrari o mni
uobis discessero, usquam

à Rhodijs, legisse fertur orationem illam egregiam quam in Ctesiphontē contra Demosthenem dixerat: qua perlecta, petitum est ab eo postridie ut legeret illam etiam, quæ erat contra à Demosthene pro Ctesiphonte edita. Quam cū suavisissima et maxima uoce legisset, admirātibus omnibus: Quanto inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum? ex quo satis significauit, quantū esset in actione, qui orationem eandem aliam esse putaret, auctore mutato. 3. de Orat.

Philip. Maced. ad Fil. 72

NE eos tibi fideles putes, quos pecunia corrupearis. Fit enim deterior qui accipit, atq; ad idē semper expectandum paratior. Hoc ille filio, sed præceptum putemus omnibus. 2. Offic.

Annibal. 73

REX Prusias, cum apud eum Annibali exulanti pugnare placeret, negabat se audere, quòd exta prohiberent: An tu (inquit) caruncule uitulinae mauis, quàm Imperatori ueteri credere? 2. de Diuin.

Silenus. 74

SILENVS à Mida captus cum esset, hoc ei pro sua missione dedisse scribitur, Nō nasci homini longe optimū est: proximum aut, quàm primum mori. 1. Tu.

Cyrus maior moriens apud

Xenophontem. 75

Nolite arbitrari ô mihi carissimi filij, me quum à uobis discessero, nusquam, aut nullum fore: nec

P 4 enim

enim dum eram uobiscum, animum meum uidebatis: sed cum esse in hoc corpore, ex ijs rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem esse creditote, etiam si nullum uiebitis. Cato Maior.

Cyrus minor.

76

SOCRATES scribit, Cyrum minorem Persarū regem præstantem ingenio atq; imperij gloria, cum Lysander Lacedæmonius uir summæ uirtutis uenisset ad eum Sardis, eiq; dona à socijs attulisset, & ceteris in rebus comem erga Lysandrū atq; humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse. Cū autem admiraretur Lysander & proceritates arborum et directos in quincunxem ordines, & humum subactam atq; puram, & suauitatem odorum, qui afflarentur è floribus: tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta: & ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Tum Lysander intuentem eius purpurā & nitorem corporis, ornatumq; Persicum multo auro multisq; gemmis, dixisse: Rectè uerò te Cyre beatum ferunt, quoniam uirtuti tuæ fortuna coniuncta est. Ca. Maior.

Quidam Lacedæmonius.

77

ATHENIENSES sciunt quæ recta sunt, sed facere nolunt. Cato Maior.

Alexander.

78

Alex

EX CIC. L.

ALEXANDER

adstitisset. O fornicar

uirtutis HOMERUS

illa ars exiit, an

exerat, nomen etiam de

Callicratides.

CALLICRATIDES

fuit Peloponnesi

ab Argiuis reuocatus.

ille responde, La

aliā parare posse

I. Offic.

Hector Numa

LAETVS sum laetor me

Cic. Luceio, Famil. 5.

Accus.

MULTI iniqui atq; nihil

Offic. Teu

PATRIA est ibi cingit

Metrodorus.

OCCUPAVI (inquit) per

editus tuos inuicibus, u

Tuscul.

Caecilios.

SAEPE est sub forditio pal

Euripides.

IVRAVI linguam meam

ALEXANDER cum in Sigæo ad Achillis tumu-
lum adstitisset: O fortunate (inquit) adolescens, qui
tue uirtutis Homerum præconem inueneris. Et uerè:
nam nisi illa ars extitisset, idem tumulus qui corpus
contexerat, nomen etiam obruisset. Pro Archia.

Callicratides.

79

CALLICRATIDES, cum Lacedæmoniorum
dux fuisset Peloponesiaco bello, eiq; consulerent, ut
classem ab Argiuis remoueret, nec cum Atheniensib.
dimicaret: ille respondit, Lacedæmonios, classe illa
amissa, aliã parare posse: se fugere sine suo dedecore
non posse. 1. Offic.

Hector Næuianus.

80

LAETVS sum laudari me abs te pater, à laudato
uiro. Cic. Luceio, Famil. 5.

Accius.

81

MULTI iniqui atq; infideles regno, pauci boni
sunt. 3. Offic. Teucer

82

Patria est ubicunq; est bene. 5. Tusc.

Metrodorus.

83

OCCVPAVI (inquit) te fortuna, atq; cepi, om-
nes aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non
possis. 5. Tuscul.

Cæcilius.

84

SAEPE est sub sordido palliolo sapientia. 3. Tusc.

Euripides.

85

IURA VI lingua, mentem iniuratam gero. 3. Tusc.

P 5

Moro

86. Mortalis nemo est, quem non attingat dolor,
 Morbusq; multi sunt humani liberi,
 Rursus creandi, morsq; est finita omnibus:
 Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt,
 Reddenda est terræ cura: tum uita omnibus
 Metenda ut fruges: sic iubet necessitas. 3. Tuscul.

87 ΜΥΘΩ ΣΟΦΙΣ ΗΡ, ΟΣΤΙΣ ΟΥΧ ΑΙΤΩΕΙ ΣΟΦΟΣ. Cic.
 Cesari Famil. lib. 13.

Hesiodus.

88 Τῆς δὲ ἀρετῆς ἰδρωτα. Cic. Leptæ. Famil. lib. 6.

89 Hesiodium illud laudatur à doctis, quòd eadem
 mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cum
 mulatiore, si possis. De claris Orator.

Homerus.

90 N A M QVÆ nimis multos, atq; omni luce carentes
 Cernimus, ut nemo possit mœrore uacare:
 Quò magis est æquum tumulis mandare peremptos
 Firmo animo, & luctum lacrymis finire diurnis. 3.
 Tuscul.

Stattus Cæcilius.

91 Æ D E P O L senectus si nihil quicquã aliud uitæ
 Apportet secum, cum aduenerit, unum id est satis,
 Quòd diu uiuendo, multa quæ non uolt, uidet.
 Tum etiam in senectâ hoc deputo miserrimum,
 Sentire, ea ætate esse odiosum se alteri. Cat. Maior.

Antimachus.

92 ANTIMACHVM clarum poetam ferunt, qui cum
 conuo-

conuocatis auditoribus legeret eis uolumen suum, & cum legentem omnes præter Platonem reliquissent, Legam, inquit, nihilominus: Plato enim mihi unus instar est omnium. De claris Orat.

Antigenidas.

93

TIBICEN Antigenidas dixit discipulo sane frígenti ad populum, mihi cane & Musis. De cla Ora.

Marcus Antonius.

64

MARCVS Antonius, cui uel primas eloquentiæ patrum tribuebat ætas, uir natura peracutus & prudens, disertos ait se uidisse multos, eloquentem omnino neminem: insidebat uidelicet in eius mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipsa non uidebat. Orat. ad Brut.

Scipio Aphricanus.

95

PUBLIVS Scipio, qui primus Aphricanus appellatus est, dicere solebat, nūquam se minus otiosum esse, quàm cum otiosus: nec minus solum, quàm cum solus esset. 3. Offic.

96 Aphricanus Socraticum Xenophontē in manibus semper habebat: cuius in primis laudabat illud, quòd diceret, eosdem labores non esse æquè grandes Imperatori ac militi: quòd ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. 2. Tuscul.

97 Ut equos propter crebras contentiones præliorum, ferocitate exultantes, domitoribus tradere solent, ut ijs facilioribus possint uti: sic homines
secundis

secundis rebus effrenatos, sibiq; præfidentes, tanquã in gyrum rationis & doctrine duci oportet, ut perspiciant rerum humanarum imbecillitatem. 1. Offic.

98. Cùm dissolutus filius, Heume miserum, dixisset: tum seuerus pater, Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet. morderi est optimũ conscientia post commissum facinus. 4. Tusc.

99. Cùm ab Aphricano quidam uetus affectator ex numero amicorũ non impetraret, ut se præfectum in Aphricam duceret, & id ferret moleste: Noli (inquit) mirari, si tu à me hoc non impetras: ego iam pridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror, peto ut mecum præfectus proficiscatur, & adhuc impetrare non possum. 4. Act. in Verr.

100. Cùm Aphricanus censor monebat eum Censurionem, qui in Pauli pugna non adfuerat (cùm ille se custodiæ caussa diceret in castris remansisse) quereretq; cur ab eo notaretur: Non amo (inquit) nimium diligentes. 2. de Orat.

Fabius Maximus.

101

SALINATORI, qui amisso Tarento fugerat in arcem, glorianti atq; ita dicenti, Mea opera, Quinte Fabi, Tarentum recepisti: Certè, inquit, ridens: nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem. Cato Maior.

102. Salinatori, cùm Tarento amisso, arcem tamen Liuius retinuisset, multaq; ex ea prælia præclara fecisset, cùm aliquot post annos Maximus id oppidum

recepit

EX CIC

recepisset, rogans
opera sua se Tarentum
meminerim: nunquam
2. de Orat.

Cato Censor

VETVS illud Cato
mirari se dicebat, quod non
uidisset. Quia enim
ab istis aut si euenit quip
non casu id euenit.

104. Cùm ex Cato
familiari expediret
secundum, Satis bene passim
hære. Quid quantum, erat.

105. Aruicitiæ, que non
quam discendende sunt. Ca
Scipio mihi

SCIPIO negabat ullam
ille potuisse reperiri, qu
mare oportere, ut aliquis
aduari posse, ut hoc, quum
one dictu esse crederet, qu
septem: sed impuri cuius
na ad suam potentiam tra
tionem enim modo quip

recepisset, rogaretq; cum Salinator, ut meminisset, opera sua se Tarentum recepisse: Quid ni (inquit) meminerim: nunquam ego recepissem, nisi tu perdidisses. 2. de Orat.

Cato Censorius.

103

VETVS illud Catonis admodum scitum est, què mirari se aiebat, quod non rideret aruspex, aruspice cum uidiſſet. Quota enim res quæq; euenit prædicta ab istis? aut si euenit quippiam, quid afferri potest, cur non casu id euenierit? 2. de Diuinat.

104. Cùm ex Catone quaereretur, quid maximè in re familiari expediret: respõdit, Bene pascere. Quid secundum, Satis bene pascere. Quid tertium, Bene uestire. Quid quartum, arare. Et cùm ille, qui quæsierat, dixisset, quid fœnerari? Tum Cato, Quid hominem (inquit) occidere? 2. Offic.

105. Amicitia, quæ non placent, dissuenda magis, quàm discindenda sunt. Cato Maior.

Scipio minor.

106

SCIPIO negabat ullam uocè inhumaniorem amicitia potuisse reperiri, quàm eius, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquãdo esset osurus: nec uerò se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, à Biante dictū esse crederet, qui sapiens habitus est unus è septem: sed impuri cuiusdam et ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quoniam enim modo quisquam amicus eius esse poterit,

rit,

rit, cuius se putabit inimicum esse posse? In Lælio.

107 Nihil est difficilius, quam amicitiam usq; ad extremum diem uitæ permanere. Mutantur enim mores sæpe, alias diuersis rebus, alias ingrauescente ætate: aut dirimuntur contentione, uel luxuriæ conditione, uel commodi alicuius, quod idem adipisci uterq; non possit. In Lælio.

108 Querebatur Scipio, quòd in omnibus rebus diligētiores homines essent: capras & oues quot quis que haberet, dicere posse: amicos quot haberet, non posse dicere: & in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes esse. In Lælio.

Scipio Nasica.

109

SCIPIO Nasica cum ad poetam Ennium uenisset, eiq; ab ostio querenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse. Nasica sensit illam domini iussu dixisse & illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam uenisset Ennius, & eum à ianua quereret, exclamavit Nasica, se domi non esse: tum Ennius, Quid? ego non cognosco uocem (inquit) tuam? Hic Nasica, Homo es impudens: ego cum te quererem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse, tu mihi non credis ipsi. 2. de

C. Lælius.

110

orat.

CAIUS Lælius, cum ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse suis maioribus: At hercule (inquit) tu tuis haud indignus. 2. de Orat.

C. Pontius Samnis.

111

Vtinam

VTINAM (inquit) C. P.

era fortuna me seruauit.

Romani dona accipere.

C. Crassus eos imperare. 1. Offic.

M. Crassus Cr.

L. Heluius Lamia de form.

bellum puerum. Cam of.

inquit Lamia) form.

Tum hic: Audiamus.

am arisum est uicem.

M. Crassus in oratione.

for habuit, dicebat: Que.

tur hominibus in ipse am.

que autem ipsi sibi homin.

bus se uinci, pati non posse.

M. Crassus Dicitur.

M. CRASSVS, qui dicitur.

satis magnam pecuniam.

inceps uellet esse, quia fra.

m posset. 1. Offic.

C. Lucilius.

C. LVCILIVS homo dicitur.

solebat, ea que scriberentur.

a doctissimis legi uelle: p.

rent, alteri plus fortasse qui.

Catullus.

V T I N A M (inquit C. Pontius Samnis) ad illa tempora fortuna me seruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cepissent: nō essem passus diutius eos imperare. 1. Offic.

M. Crassus Orator. 112

L. Heluius Lamia deformis, ut nostis, cum interpellaret odiosē Crassum: Audiamus (inquit Crassus) pulchellum puerum. Cum esset arrisum: Non potui mihi (inquit Lamia) formam ipse fingere, ingenium potui. Tum hic: Audiamus, inquit, disertum. multō etiam arrisum est uehementius. 2. de Orat.

113 M. Crassus in oratione, quam contra collegam Censor habuit, dicebat: Quæ natura aut fortuna darentur hominibus in ijs se uinci posse, animo æquo pati. quæ autem ipsi sibi homines parare possent, in ijs rebus se uinci, pati non posse. 2. de Orat.

M. Crassus Diues. 114

M. C R A S S U S, qui ditissimus est habitus, negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in repub. princeps uellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. 1. Offic.

C. Lucilius. 115

C. L V C I L I U S homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neq; ab indoctissimis, neque à doctissimis legi uelle: quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quā ipse de se. 2. de Orat.

Catullus. 116

Catullus

CATVLLVS cū uidisset quendam ex iudici-
bus, quos Clodius pecunia corruperat, Quid uos a
nobis praesidium postulabatis? an, ne nummi uobis eri-
perentur, timebatis? Cic. Attic. lib. 1.

117. Catullus cuidam oratori malo, qui cum in epi-
logo misericordiam se mouisse putaret, postquā asse-
dit, rogauit hunc, uidereturne misericordiam mouisse:
At magnam quidem, inquit: neminem enim puto
tam durum, cui non oratio tua miseranda uisa sit.
2. de Oratore.

Siculi cuiusdam iocus.

118

CVM Siculo nescio cui familiaris quidam qua-
reretur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de
ficu: Amabo te (inquit) da mihi ex ista arbore quos
seram surculos. 2. de Orat.

Scæuola.

119

SCAEVOLA Septumuleio illi Anagnino, cui
pro C. Gracchi capite erat aurū repensum, roganti,
ut se in Asiam praefectum duceret: Quid tibi uis, in-
quit, insane? tanta malorum est multitudo ciuium, ut
tibi ego hoc confirmem, si Romæ manseris, te paucis
annis ad maximas pecunias esse uenturum. 2. Orat.

Ennius.

120

BENEFACTA malè locata, malefacta arbi-
tror. 1. Offic.

121. Quidquid sine detrimento potest commodari,
id tribuatur uel ignoto. Ex quo sunt illa commu-
nium.

Non prohibere aquam pro-

dere ignem. Si quis uelit

dare, quæ sint in uilla

p. 14.

qui erranti comiter mo-

lumen de suo lumine ac-

tilominus ipsi luceat, cum

Nequidquam sapu illu-

de se nequit. 3. Offic.

Flagitij principum.

4. Tusc.

Animus ager neq. pa-

ere nunquam desinat. 3. T.

Quem metuunt odertur

experit. 2. Offic.

Amicus certus in re in-

Terentius.

OBSEQUIVM amicus, ut

118. Omnes cum secunda

mine

itari secum oportet, qui

serant,

Pericula, damna, exilia. Ter-

gunt,

filij peccatum, aut utrum

munia esse hæc fieri possu-

uorum.

116.

ia: Non prohibere aquam profluentem. Pati ab igne
 capere ignem. Si quis uelit consilium fidele delibe-
 ranti dare, quæ sint ijs utilia qui accipiunt, danti non
 molesta.

Homo qui erranti comiter monstrat uiam,

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit

ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accēderit. 1. Off.

122. Nequidquam sapit ille sapiens, qui ipse sibi
 prodesse nequit. 3. Offic.

123. Flagitij principum est, nudare inter ciues cor-
 pora. 4. Tusc.

124. Animus eger neq; pati, neq; perpeti potest:
 cupere nunquam desinit. 3. Tusc.

125. Quem metuunt oderunt: quem quisq; odit, pe-
 rissime expetit. 2. Offic.

126. Amicus certus in re incerta cernitur. In Læl.
 Terentius. 127

OBSEQUIVM amicos, ueritas odiū parit. In Læ.

128. Omnes cum secundæ res sunt maximè, tum
 maximè

Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumæ
 tam ferant,

Pericula, damna, exilia. Peregrè rediens semper
 cogitet, (filia:

Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum
 Communia esse hæc: fieri posse: ut ne quid animo sit

nouum.

Q Quida

Quicquid præter spem euenit, id deputandum in lu-
cro. 3. Tuscul.

Theſeus apud Eurip.

NAM qui hæc audita à docto meminiffem uiro, 129
Futuras mecum commentabar miseras,
Aut mortem acerbam, aut exilij mœſtam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali:
Ut ſi qua inueſta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens. 5. Tuſc.

M. Cicero.

DVO hæc opto, ut moriens Pop. Romanum libe- 130
rum relinquam: hoc mihi maius à dijs immortalibus
nihil dari poteſt. Alterum, ut ita cuiq; eueniat, ut de
Repub, quiſq; mereatur. Philip. 2.

Idem. 131

Is mihi propriè, & ſolus honos uidetur, quem ſis
neq; maiorum commendatione, neq; per alterius cala-
mitatem aſſecutus. Pro Roſc. Amer.

HUMANIS

RIS, BERENGAR

& Francisco Ferrer

bu, 49 præcipu

tra Lagun

ANTA

ut officu

deſtina

u mihi ſe

en. 1. p.

tu eſt

ut in a



HUMANISSIMIS VI-

RIS, BERENGARIO, FERNANDO

& Francisco Ferreio, Legum Doctoribus,

atq; præceptoribus suis Pe-

trus Lagnerius S.



ANTA sunt uestra in me uel studia,
uel officia, uiri humanissimi, partim ut pu-
deat toties habere gratiam, partim ut no-
ua mihi forma non occurrat, qua id faci-
am. Ego enim uos hactenus habui, cui ca-
rus æquè fui femper ac periucundus, ac si
uestrum utriq; essem uel frater, uel filius.

itaque ab eo tempore, quo me in familiaritatem uestram & amici-
tiam contuli, memoria teneo, mihi summam uestram beneuolenti-
am & fauorem nullo loco defuisse, sed sæpius etiam recusanti &
pudenti officium uestrum obtrusisse. Nunc autem quum maxime
cupiam aliquo officij genere testatorem animum meum apud uos
relinquere, nihil mihi in mentem uenit, quo possim quod cupio,
commode perficere, nisi illud unum, quod uobis omnium credo fo-
re gratissimum. Faciam, ut beneficia uestra, quibus respondere
non possum, grata recordatione & memoria colam: maiora sunt
enim & illustriora, quam soluendo ijs esse possit tenuis & angusta
suppellex nostra: nisi hoc nobis forte tribuatur, de quo satis confi-
dimus, ut nos gratiam retulisse, cum habuerimus, existimemur.
Quod si nobis detur, haudquaquam uereor, quin magna ex parte
reponatur quod debemus, cum eo uos natos ingenio, & eo iudicio
esse intelligam, ut ab ijs beneficium accepisse existimetis, quos in-
gni alioqui beneficio ornaueritis. Quam nos opinione recreati, non
dubitamus, quin Similia hæc nostra & Parabolæ, quibus uos ad-
modum oblectamini, a uobis probentur. Quæ si pari candore, &
eo, quo a uobis omnia solent, animo accipiantur, fructum iam nos
laboris nostri maximum atque uberem percepimus, Valete Tholo-
se nono Cal. Septemb. Anno M. D. xli.

Q. ij

M. T.

M. T. CICERONIS PARABOLÆ ALIQVOT
ET SIMILIA.

I.



- V**T HOMINVM membra, nulla contentione, mente ipsa ac uoluntate mouentur: sic numine deorū omnia finguntur, mouentur atq; mutantur. 3. de Nat. deor.
2. Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege suis partibus & neruis ac sanguine & membris uti non potest. Pro Cluent.
3. Vt nec domus, nec Resp. ratione quadam & disciplina designata uideatur, si in ea nec recte factis premia extent ulla, nec supplicia peccatis: sic mundi diuina in homines moderatio profectō nulla est, si in ea discrimen nullum est bonorum & malorum. 3. de Nat. deor.
4. Vt tutela, sic procuratio reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissā est, gerenda est. 1. Offic.
5. Vt si unumquodq; membrum hunc sensum haberet, ut posse putaret se ualere, si proximi membri ualitudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse esset: sic si unusquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorū, detrahatq; quod cuiq; possit, emolumentū sui gratia, societas hominum & commu-

communitas euertatur necesse est. 3. Offic.

6. Vt contemnendus est qui in nauigando se, quam nauim mauult incolumem: ita uituperandus, qui in reip. discrimine suæ plusquam communi saluti consulit. 4. ad Heren.

7. Vt tauris natura datum est, ut pro uitulis contra leones summa ui impetuq; contendant: sic ij, qui ualent opibus, atq; id facere possunt, ad seruandum genus humanum natura incitantur. 3. de Finib.

8. Vt leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt: sic uir bonus & sapiens & legibus parens & ciuilibus officij non ignarus, utilitati omnium plusquam unius alicuius saluti consulit. 3. de Finib.

9. Vt in membris alia sunt tanquam sibi nata, ut oculi, ut aures, aliqua etiã ceterorum membrorum usum adiuuant, ut crura, ut manus: sic immanes quædam bestie sibi solum natæ sunt. 3. de Fin.

10. Vt in nauigando tempestate obsequi artis est, etiam si portum tenere nõ queas: cum uerò id possis mutata uelificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius, quam eo commutato, quò uelis tandem peruenire: sic cum omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat id, quod à me sæpißimè dictum est, cum dignitate otium: non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Cic. Lent. Famil. lib. I.

11. Vt ex medicina nihil oportet putare proficisci,

Q 3

nisi

nisi quod ad corporis utilitatē spectat, quoniam eius causa est instituta: sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod reip. conducatur, proficisci, quoniam eius causa sunt comparatae. 1. de Inuent.

12. Non quemadmodū in palaestra qui tēdas candelas accipit, celerior est in cursu continuo, quā ille, qui tradit: ita melior imperator nouus, qui accipit exercitū, quā ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. 4. ad Heren.

13. Vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quāuis artis praecepta perceperint, quicquā magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt: sic officij conseruandi praecepta traduntur illa quidem, ut faciamus ipsi. 1. Offic.

24. Vti citharædus cum prodierit optimè uestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus varijs intexta, & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam auro, & ebore destinatam: ipse praeterea forma & specie sit & statura apposita ad dignitatem: si tum magnam populo commouens his rebus expectationē, repente silentio facto uocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu: quo melius ornatus sit, & magis fuerit expectatus, eo magis derisus & contemptus deicietur. Item si quis in excelso loco, & in magnis & in locupletibus copijs

collocatus, fortunæ muneribus & naturæ commodis omnibus abundabit, si uirtutis & artium (quæ uirtutis magistræ sunt) egebit, quo magis ceteris rebus erat copiosus & illustris & expectatus, eo uehementius derisus & contemptus, ex omni conuentu bonorum eijcietur. 4. ad Heren.

15. Ut cupiditatibus Principum & uitij infici solet ciuitas: sic emendari & corrigi continentia. 1. de Legib.

16. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri ac secari patimur, ut membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat: sic in reip. corpore, ut totum saluum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. Philip. 8.

17. Ut membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partib. corporis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas beluæ à communi tanquam humanitate corporis segreganda est. 3. Offic.

18. Ut medici membrum sæpè putrefactum incidunt, atq; in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare aut corrumpere possit: sic necesse est, si remp. saluam esse uolumus, ut perditissimos homines ex urbe penitus extirpemus, ne corruptus integro, uiolatus casto labem infringat. In Vatin.

19. Ut si medicus sciat eum ærotum, cui iussisset uinum sumere, meracius sumpturum, statimq; peria-

Q 4 turum.

turum, magna sit in culpa: sic doctus reprehendendus, qui docet eos, quos sciat doctrina peruerse & improbè usuros. 3. de Nat. deor.

20. Vt si grammaticū se professus quispiam barbare loquatur: aut si absurde canat is, qui se uelit haberi musicum, hoc turpius est, quod in eo ipso peccat, cuius profitetur scientiam: sic Philosophus in ratione uitæ peccans, hoc turpius est, quod in officio, cuius magister esse uult, labitur: artemq; uitæ professus, delinquit in uita. 2. Tusc.

21. Histrion, si paulò se mouit extra numerum, aut si uersus pronūciatus est syllaba una breuior aut longior, exhibilatur & exploditur: in uita quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet, ut in syllaba te peccare dices? Parad. 3.

22. Vt histrioni actio, saltatori motus non quiuis, sed certus quidam est datus: sic uita agenda certo genere quodam, non quolibet. 3. de Finib.

23. Vt in fidibus ac tibijs quanuis paululūm discrepent, tamen id à scienti animaduerti solet: sic uiuendum est in uita, ne fortè quid discrepet, uel multo etiam magis, quo maior & melior actionum, quam sonorum accentus est. 1. Offic.

24. Vt in fidib. musicorū aures uel minima sentiunt: sic nos magna sæpe intelligimus ex paruis. 1. Off.

25. Vt in uita, sic in oratione nihil est difficilius, quàm quod deceat, uidere. Orat. ad Brut.

Vt ad

26. Vt ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis: sic homo ad duas res, intelligendū & agēdum natus est, quasi immortalis Deus. 2. de Fini.

27. Quemadmodum sæpe fit, ut is, qui commendatus sit alicui, pluris eum faciat, cui cōmendatus sit, quā illum à quo sit: sic minimè mirum est, primum nos sapientiæ commendari ab initijs naturæ, post autem ipsam sapientiam nobis cariorem fieri, quā illa sint, à quibus ad hanc uenerimus. 3. de Finib.

28. Vt obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ: sic rerum corporearum æstimatio splendore uirtutis & magnitudine obscuretur & obruatur atq; intereat necesse est. 2. de Finib.

29. Vt multo maiora sunt opera animi, quam corporis: sic hæ res, quas persequimur ingenio, gratiores sunt, quā illæ, quas uiribus. 2. Offic.

30. Vt maior est uis animi, quā corporis: sic sunt grauiora ea, quæ concipiuntur animo, quā illa, quæ corpore. Phil. II.

31. Vt membrum turgidum ac tumidum uitiosè se habet: ita inflatus animus & tumens in uitio est. 3. Tusc.

32. Vt ciuitas in seditione non potest esse beata, nec in discordia dominorum domus: sic animus à se ipso dissidens secumq; discordans nullā gustare partem liquidæ uoluptatis ac liberè potest. 1. de Fin.

33. Quemadmodum oculus conturbatus non est

Q 5 - probe

propè affectus ad suum munus fungendum, & relique partes, reliquumue corpus, cum à statu est motum, officio suo & muneri deest: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. *Munus autem animi est ratione uti.* 3. Tuscul.

34. Ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur. sic animi non omnes culti fructum ferunt. 2. Tusc.

35. Ut ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest: sic sine doctrina animus. 2. Tusc.

36. Ut medici toto corpore curando, minima etiã parti, si condoluit, medetur: sic Philosophia, cum uniuersam egritudinem sustulerit, tamen si quis error aliunde extitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exilium, semper ad eundem fontem reuertendum est. 3. Tuscul.

37. Ut equos propter crebras contentiones praecelliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut ijs facilioribus possint uti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibiq; praesidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinae duci oportet, ut perspiciant rerum humanarum imbecillitatem uarietatemq; fortunae. 1. Offic.

38. Quemadmodum temperantia sedat omnes appetitiones, & efficit ut haec rectè rationi pareant, conseruantq; considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. 4. Tuscul.

Ut mea

39 Vt medici causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant: sic nos ægritudinis causa reperta; medendi facultatem reperiemus. 3. Tusc.

40. Qui suos casus aliter ferunt, atq; ut alijs auctores fuerunt, non sunt uitiosiores, quam fere plerique, qui auari auaros, gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt. 3. Tuscul.

41. Vt in causis non utimur semper eodem statu, sed ad tempus, ad controuersie naturam, ad personam accommodamus: sic in ægritudine lenienda. Nam quam quisq; curationem recipere possit, uidendum est 3 Tuscul.

42. Vt sit in prælio, ut ignauus miles ac timidus, simulac uiderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum possit, ob eamq; causam pereat nonnunquam etiam integro corpore, cum ei, qui steterit, nihil tale euenerit: sic qui doloris speciem ferre non possunt, abijciunt se, atq; ita afflicti atq; exanimati iacent: qui autem restiterint, discedunt sapissime superiores. 2. Tusc.

43 Vt onera contentis corporib. facilius feruntur remissis opprimunt: similime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. 2. Tuscul.

44. Vt natura alius ad aliquem morbum procliuior: sic animus alius ad alia uitia est propensior. 4. Tuscul.

45 Vt turpes sunt, qui se efferunt lætitia, tū cum
fructu

fruantur ueneris uoluptatibus: sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. 4. Tusc.

46. Non est necesse, tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic uoluptatem in uirtutum conciliū abducere. 2. de Finib.

47. Ut medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonæ uoletudinis causa probamus: & gubernatoris ars, quia benè nauigandi rationem habet, utilitate nō arte laudatur: sic sapientia, quæ ars uiuendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficeret: nunc expetitur, quia est tanquam artifex conquirendæ & comparandæ uoluptatis. 1. de Finib.

48. Quemadmodum gubernatores optimi uim tempestatis, sic sapientes fortunæ impetum superare non possunt. Cic. ad Qu. frat.

49. Sicut medico diligenti, priusquam conetur egro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi uolet, sed etiam consuetudo ualentis, & natura corporis cognoscēda est: sic equidem cum agredimur ancipitem causam & grauem ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaq; uersari debemus, ut odorari quàm sagacissimè possimus, quid sentiant, quid existiment, quid expectent, quid uelint, quò deduci oratione facillimè posse uideantur. 2. de Orat.

50. Ut nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ nisi admoto igni ignē concipere possit: sic nulla

sic nulla mens est tam ad comprehendendam uim oratoris parata, quæ possit incēdi, nisi inflammatus ipse ad eam & ardens accesserit. 2. de Orat.

51. Vt cū in sole ambulamus, etiamsi aliam ob causam ambulemus, fit natura tamen ut coloremur: sic cū doctorum libros studiosius legimus, sentimus orationem nostram illorum cantu quasi colorari. 2. de Oratore.

52. Vt qui pila ludunt, etiāsi non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerint ne palæstram, an nesciant: & qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamē utrum sciant pingere an nesciant, non obscurum est: sic in dicendo facile declaratur, utrum is, qui dicat, ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit. 1. de Orat.

53. Vt gemmæ, quamuis abijciantur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem non amittunt: sic multi, qui quamuis in tenebris inuoluti fuerint, non tamen optimam naturam, quam non ab homine, sed ab ipso Deo genitam putamus, non amiserunt. In Vat.

54. Vt membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationē uiuendi data esse appareāt: sic appetitio animi, non ad quoduis genus uitæ, sed ad quandam formam uiuendi uidetur data, itemq; & ratio & perfecta ratio. 3. de Finib.

55. Vt in corporib. magnæ dissimilitudines sunt:
(alios

[alios enim uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere: itemq; in formis, alijs dignitatem inesse, alijs uenustatem) sic in animis existunt etiam maiores uarietates. 1. Offic.

56 Vt in græcis artificibus aiunt, eos aulædos esse, qui citharædi fieri non potuerunt: sic nonnullos uidemus, qui oratores euadere potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Pro. Muræ.

57 Vt qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere: sic nemo ulla in re potest id quod malum decernit, non curare, idq; timere. 3. de Finib.

58. Vt equus indomitus, quamuis natura bene compositus sit, idoneus non potest esse ad eas utilitates, & aptus ad ea, quæ desiderantur ab equo: sic homo indoctus quamuis ingeniosus, ad uirtutem non potest peruenire. 4. ad Heren.

59. Vt locus in mari sine portu nauibus non potest esse tutus: sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse in ijs rebus, quæ sub eandem rationem cadunt. 1. de Iuuent.

60. Vt qui stadium currit, eniti & contendere debet quam maxime possit, ut uincat: supplantare cum, qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet: sic in uita sibi quæque petere quod pertinet ad usum, non iniquum est: alteri deripere ius non est. 3. Offic.

61. Vt non omnem frugem atq; arborem in omni agro

agro reperire possis: sic non omne facinus in omni
uita nascitur. Pro Rosc. Amer.

62. Ut ignis in aquam coniectus continuo restina-
guitur et refrigeratur: sic referuens falsum crimen,
in purissimam & castissimam uitam collatum statim
concidit & extinguitur. Pro Rosc. Com.

63. Ut tempestates saepe certo aliquo celi signo
commouentur, saepe improviso, nulla ex certa ratio-
ne, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in comi-
tiorum tempestate populari saepe intelligas, quo si-
gno commota sit: saepe ita obscura est, ut casu excita-
ta esse uideatur. Pro Muræna.

64. Ut mare, quod sua natura tranquillum est,
uentorum ui agitari uidemus, ac turbari: sic populus
sua sponte pacatus, hominum seditiosorum uocibus
& uiolentissimis tempestatibus concitari solet. Pro
Cluent.

65. Ut imperatores instructa acie solent, quãquam
paratissimos milites ad præliandum uideant, eos ta-
men cohortari, ita iuuenes ardentes & electi, ad lau-
dem, ad litteras sunt adhortandi. Philip. 4.

66. Ut si gladium paruo puero, aut si imbecillo
seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini nocere
at, sin ad nudũ uel fortissimi uiri corpus accesserit,
possit acie ipsa & ferri uiribus uulnerari: ita cum
hominibus enervatis atque exanguibus Consulatus
tanquam gladius esset datus, qui per se pungere
neminem

minem unquam potuissent, hi summi imperij nomine armati, remp. contrucidauerunt. Pro Sestio.

67. Quemadmodum theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest eius esse eum locum, quem quisque occuparit: sic in urbe, mundoue communi non aduersatur ius, quo minus suum quidq; cuiusq; sit. 3. de Finib.

68. Ut enim necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi: sic animum perspicuis cedere. 2. Academ.

69. Ut fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant: sic multi alienis sententijs pro suis utuntur, nomina tanquam rerum notas mutant. 5. de Fin.

70. Quemadmodum uolucres uidimus procreationis atque utilitatis suae causa fingere & construere nidos, easdem autem cum aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere uolitare: sic nostri animi forensibus negotijs atq; urbano opere defessi gestiunt, ac uolitare cupiunt uacillatura atq; labore. 2. de Orat.

71. Ut cygni praudentes quid in morte boni sit, cum cantu & uoluptate moriuntur: sic omnibus & bonis & doctis est faciendum. 1. Tusc.

72. Ut stultitia, etsi adepta est quod concupiuit, nunquam se tamen satis consequutam putat: sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque unquam sui paenitet. 5. Tusc.

Ut

73. Ut mulieres idem

identur: ita hoc ipso est

74. Ut quidem morbo

75. Ut leuitatis est ma

76. Ut plerumque be

77. Tanquam bona u

78. Ut grauius egrotat

79. Ut ijs, qui impruden

80. Ut in edificijs ara

81. Ut in edificijs ara

82. Ut in edificijs ara

83. Ut in edificijs ara

84. Ut in edificijs ara

85. Ut in edificijs ara

86. Ut in edificijs ara

87. Ut in edificijs ara

88. Ut in edificijs ara

89. Ut in edificijs ara

90. Ut in edificijs ara

91. Ut in edificijs ara

92. Ut in edificijs ara

93. Ut in edificijs ara

94. Ut in edificijs ara

95. Ut in edificijs ara

73. Vt mulieres ideo bene olere, quòd nihil olent, uidentur: ita hoc ipso est ornatio oratio, quòd ornamenta negligat. Cic. Attic. lib. 2.

74. Vt quidam morbo aliquo, & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi auari, facinorosi, ueræ laudis gustum non sentiunt. Phil. 2.

75. Vt leuitatis est inanem aucupari rumorem, et omnes umbras etiam falsæ gloriæ consecrari: sic leuis est animi, lucem splendoremq; fugientis, iustam gloriam, qui est fructus ueræ uirtutis honestissimus, repudiare. In Pisonem.

76. Vt plerunque bestia fame dominante, ad eum locum, ubi aliquando pastæ sunt, reuertuntur: sic latrones, urgente inopia. Pro Cluent.

77. Tanquam bona ualetudo iucundior est ijs, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquã agro corpore fuerunt: sic omnia desiderata magis, quàm assidue percepta delectant, Post redit. ad Quirit.

78. Vt grauius egrotant ij, qui cum leuati morbo uidentur, in eum de integro inciderunt: sic uehementius nos laboramus, qui profligato bello ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Cicer. Cornificio, Famil. 12.

79. Vt ijs, qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit: ita ijs, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet. 1. de Inuent.

80. Vt in ædificijs architecti auertunt ab oculis

R naria

naribusq; dominorum ea, quæ profluentia necessario tetri essent aliquid habitura: sic naturares simileis procul amandavit à sensibus. 2. de Nat. Deor.

81. Vt innocens is dicitur, non qui nocet leuiter, sed qui nihil noceat: sic sine metu is habendus est, non qui parua metuit, sed qui omnino metu uacat. 5. Tus.

82. Vt oculus, sic animus se non uidens alia cernit. 1. Tus.

83. Vt nauem & edificium idem destruit facillime, qui construxit: sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit, natura dissoluit. Cato Maior.

84. Vt adolescentem in quo senile est aliquid: sic senem in quo adolescētis probi est aliquid, laudamus. Cato Maior.

85 Vt adolescētibus, bona indole præditis sapiētes senes delectantur, leniorq; fit eorum senectus, qui à iuuentute coluntur & diliguntur: sic adolescentes se num præceptis gaudent, quibus ad uirtutum studia ducuntur. Cato Maior.

86 Adolescētes sic mori uidentur, ut quum aqua multitudine uis flammæ opprimitur: & quasi poma ex arboribus, si cruda sint, ui auelluntur, si matura & cocta, decidunt: sic uitam adolescentibus uis auferit, senibus maturitas. Cato Maior.

87. Vt petulantia & libido magis est adolescentium, quā senum, nec tamen omniū adolescentium, sed non proborum: sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari

appellari solet, senili
 88 Vt non omne uinum
 late coacescit. Cato Maior
 89 Vt pulchritudo
 membrorum mouet oculos
 ter se omnes partes cum
 sic hoc decorum, quod
 probationem eorum, quibus
 tantia, moderatione un
 90. Offic.
 91 Vt pictores, & i
 etiam poetæ sum qu
 ut, si quid reprehē
 hiq; & secum & cu
 exquirunt sic aliorum
 uenda & non facienda
 92. i. Offic.
 93. Vt benefici liber de
 etiam (neg. enim benefi
 propensi ad liberalita
 spe mercedis addu
 in ipso amore in
 94.
 95 Vt aurum igne fit
 aliquo perspicit solet. C
 96 Vt hirundines a flu
 re pulsa recedunt: ita p

appellari solet, senū est leuium non omnium. Ca. Ma.

88 Vt non omne uinum, sic non omnis ætas uetustate coacescit. Cato Maior.

89 Vt pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet approbationem eorum, quibuscū uiuitur ordine & constantia, moderatione omnium dictorum atque factorum. I. Offic.

90 Vt pictores, & ij, qui signa fabricantur, & ueri etiam poetæ suum quisq; opus à uulgo considerari uult, ut si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur, hiq; & secum & cum alijs quid in eo peccatum sit exquirunt. sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda & corrigenda sunt. I. Offic.

91. Vt benefici liberalesq; sumus, non ut exigamus gratiam (neq; enim beneficium foeneratur) sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam, non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. in Lelio.

92 Vt aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici solet. Cic. Pap. Pæto, Fam. 9.

95 Vt hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno uitæ tem-

R 2 pore

tempore præsto sunt, simulatq; fortunæ hiemem uiderint, deuolant omnes. 4. ad Heren.

94. Amici noui ueteribus non sunt anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere solemus. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates: ueterrima quæque esse suauissima debent. Nouitates tamen non repudiandæ: uetustas autem suo loco conferuetur. In Lælio.

95. Ut monere & moneri proprium est ueræ amicitiae: & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnante: sic habendum, nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. In Lælio.

PETRVS LAGNERIVS
COMPENDIENSIS FRANCISCO
ab Oliua Tholosano, summæ spei
adolescenti S.D.P.



PTIMA hereditas, mi Franciscæ, que liberis a patribus relinquitur, est uia uirtutis, multarumq; artium cognitio atque scientia, quæ mihi iuxta Ciceronis sententiam, uidetur omni patrimonio præstantior. Itaque non possum satis probare singularem illam patris tui in promouendis studijs tuis diligentiam, qui a ceteris patribus uoluntate longè et studio dissimilis, hoc sibi solum credit negotij dari, optimis ut & moribus

moribus & litteris tua illa rudis ætas imbuatur, etsi præpostera
 sit hodie multorum cura & diligentia, qui nihil eo habent negle-
 ctius, quo ijs nihil esse debet commendatius in eo tantum occupa-
 ti, ut habeat filius unde splendide uiuat, non admodum solliciti, ut
 habeat unde recte uiuat corporum magnam, animi uero & men-
 tis aut nullam, aut seram curam habentes. Præclarè igitur pater
 tuus, qui non tam pulchrum ducit bene nasci, quam præclarum be-
 ne institui cuius nunc necesse est, ut ingrauescens ætas in tuis mo-
 ribus & litteris conquiescat si modo is esse uis, quem te semper
 esse uoluit. Mihi profectò dubia non est, aut obscura illius erga
 te uoluntas, quæ tibi ut nullo loco defuit, sic nullo quoque tempo-
 re deerit tu uide ipse tibi ne desis. Magna est illius de te opi-
 nio, nec uulgaris multorum de tuis studijs expectatio, quæ tibi nõ
 retinenda modò aut sustinenda, sed cura & studio augenda & am-
 plificanda est. Scito enim, ea abs te expectari, quæ ab ingenuo ado-
 lescente & Ioannis ab Oliua & aduocati regij filio expectanda
 sunt: fac tibi paternæ uirtutis maiorumq; tuorum ueniat in men-
 tem recordatio, quæ te officij tui obliuisci non sinet, quæ te dies
 noctesq; commouebit, atq; perficiet, ut aliquando excitatam de
 te opinionem tueri & sustinere possis. Atque ne ipse boni & stu-
 diosi præceptoris officio uidear defuisse, ego te, cum multis de
 causis, tum amore incitatus meo, rogo & moneo, ut candidis mo-
 ribus & litteris, ad quas tu natus uideris, omni cura & studio in-
 uigiles. quod quo fiat commodius, ego Ciceronis eas sententias,
 quæ ad pietatem Christianamq; religionem uidebantur pro-
 xime accedere, tibi & dico et deuoueo quas ut diligen-
 ter amplectare, studiosè euoluas, totusq; in ijs uer-
 sere, pro mea in te beneuolentia & hortor
 & obsecro Vale, Tholosæ octauo
 Cal. Septemb. Anno
 M. D. xli.

R 3

M. T. C. l.

M. T. C I C E R O N I S
P I A E A L I Q V O T
S E N T E N T I A E I



1 quod optimum maximumq; est, id uolumus adipisci, uirtuti opera danda est, sine qua nullam rem expetendam consequi possumus. in Lelio.

2 Omnium rerum magnarum à dijs immortalibus principia ducuntur. in Vatin.

3. A dijs immortalibus sunt nobis agendi capiendae primordia. 2. de Legib.

4 Nemo magnus sine aliquo afflatu diuino unquam fuit. 2. de Nat. Deor.

5. Quum ipsa natura magnam homini facultatem dederit: tamen esse deus putatur, ut & ipsum, quod est hominum proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum uideatur. 1. de Orat.

6 Comoda, quibus utimur: lucem, qua fruimur: spiritum, quem ducimus, à deo nobis dari & impartiri uideamus. Pro Ros. Amer.

7. Sit hoc à principio persuasum hominibus, deos minos esse omnium rerum ac moderatores deos, eaq; que geratur, eorū geri ditione atq; numine, eosq; optime de genere hominū mereri: & qualis quisq; sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat

te colat religionem, intueri, piorumq; & impiorum habere rationem. 2. de Legib.

8. Deorum prouidentia mundus administratur, ijdemq; consulunt rebus humanis: neq; solum uniuersis, uerum etiam singulis. 1. de Diuin.

9. Mundus regitur numine deorum, estq; quasi communis urbs & ciuitas hominum. 3. de Finib.

10 Nihil est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit (quod quidem in terris fiat) acceptius, quam consilia, coetusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Som. Scip.

11. Illud modo uideto, ut Deum noris, etsi ignores & locum et faciem. sic animum tibi tuum notum esse oportet, etiamsi ignores & locum & formam. 1. Tusc.

12 Quis est tam uecors, qui cum suspexerit in caelum, deos esse non sentiat? et ea, quæ tanta mente fiunt, ut uix quisquã arte ulla ordinem rerũ ac uicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? de Resp. Aruf.

13. In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui gubernat: qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum uicissitudines ordinesq; conseruat, terras & maria contemplan, hominum commoda uitasq; tueatur. 1. de Nat. Deor.

14. Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi non potest, nisi mens soluta & libera & segregata ab omni concretionem mortis, omnia sentiens

tiens & mouens, ipsaq; prædita motu sempiterno.
Somn. Scipion.

15. Ea est Dei uita, qua nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluētius cogitari potest. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur, sua sapientia & uirtute gaudet, habet exploratū fore se semper tum in maximis, tum in æternis uoluptatibus. 1. de Nat. deor.

16. Ut hominum membra nulla contentione, mente ipsa & uoluntate mouentur: sic numine deorum omnia finguntur, mouentur, atque mutantur. 1. de Nat. deorum.

17. Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fiat, siue simulate. 2. de Nat. deorum.

18. Homini timidè de potestate deorum, & pauca dicenda sunt. Pro Lege Manil.

19. Pietas grata est Deo: sumptus est remouendus. Quid enim est cur paupertatem deorum aditu arceamus, præsertim cum ipsi Deo nihil minus gratum futurum sit, quam non omnibus patere ad se placandum & colendum uiam Numæ Pompilij? 2. de Leg. Vide de Deo. 1.

20. Nulla est erga deos pietas, nisi honesta de numine deorum ac mente opinio. Pro Planc.

21. Color albus præcipuè decorus deo est. 2. de Le.

22. Cum multum animus corpori præstet, obserueturq;

ueturq; ut casta corpora adhibeantur, multò est in animis id obseruandũ magis: nam incestum uel asper- sione aquæ, uel dierum numero tollitur: animi labe nec diuturnitate euanescit, nec manibus ullis elui po- test. 2. de Legib.

23. Nullum est animal præter hominem, quod ha- beat aliquam notitiam Dei. I. de Legib.

24 De hominibus nulla gens est, neq; tam inmane- sucta, neq; tam ferrea, quæ non etiamsi ignoret qua- lem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. I. de Legib.

25 Firmissimum afferrì uidetur, cur deos esse cre- damus, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opi- nio. I. Tuse.

26 Dij immortales sparserunt animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quiq; celestẽ ordinem comtemplantes imitarentur eum uitæ modo atq; constantia. Cato Maior.

27. Deus animal unum spectabile, hominem, in quo omnia animalia contineret, effecit. De Vniuer.

28. Sunt ex terra homines, non ut incolæ & habi- tatores, sed quasi spectatores superarum rerum atq; celestium, quarum spectaculum ad nullum aliud ge- nus animantium pertinet. Sensus autem interpretes ac nuntij rerum in capite, tanquam in arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Tu re

liqua uide supra, de Homine 119. secunda de Natura Deor.

29. Cum natura ceteras animantes abiecisset ad partem, solum hominem erexit, & ad cæli quasi cognationis domicilijq; pristini conspectum excitauit: tum speciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. 1. de Legib.

30. Omnia aliorum causa generata sunt, ut fruges atq; fructus, quos terra gignit, animalium causa: animantes, hominum: ut equus uehēdi causa, arandi bos, uenandi & custodiendi canis. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum. 2. de Nat. Deo.

31. Nobis persuasum esse debet, si omnes deos hominesq; celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. 3. Offic.

32. Quum dispicere cœperimus & sentire quid simus, & quid ab animantibus cæteris differamus, tum ea insequi incipiemus, ad quæ nati sumus. 5. de Finib.

33. Si considerare uelimus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus, quam sit turpe, disfluere luxuria, & delicate ac molliter uiuere: quamq; honestum, parce, continenter, seuerè, sobriè. 1. Offic.

34. Nec figura corporis, nec excellens uis ingenij humani significat ad hanc unam rem natum hominem.

mem, ut frueretur u

35. Animus est inge

gnitio nobis cum ce

pellari solet. 1. de Leg

36. Est animus cæ

pressus & quasi dem

natura eternitatis; c

37. Humanus an

com alio nullo nisi ca

comparari potest. Hi

cies ita curata est, a

fecta mens, id est, ab

tus. 5. Tusc.

38. Nulla est celer

itate cōparari: qui si

neesse est ita ferac

cali hoc, in quo tuber

39. Oportet ut ip

scat, coniunctioq; cu

quo insatiabili gaud

40. Cum animus, c

corporis obsequio

pietatis; sicut labem

omnemq; mortis dolo

ratemq; caritatis con

ra coniunctos suos

param religionem su

nem, ut fruere uoluptatibus. 2. de Finib.

35. Animus est ingeneratus à Deo, ex quo uere uel agnitio nobis cum cælestibus, uel genus, uel stirps appellari solet. 1. de Legib.

36. Est animus cælestis ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ eternitatiq; contrarium. Cato Maior.

37. Humanus animus decerptus ex mente diuina cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur si est excultus, et si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus, sit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quod est idem uirtus. 5. Tusc.

38. Nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate cõparari: qui si manet incorruptus, suiq; similis necesse est ita feratur, ut penetret & diuidat omne celũ hoc, in quo nubes, imbres uentiq; coguntur. 1. Tu.

39. Oportet ut ipsa se mens uitij exutam cognoscat, coniunctamq; cum diuina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio compleatur. 5. Tusc.

40. Cum animus, cognitio perceptisq; uirtutibus, à corporis obsequio indulgentiaq; discesserit, uoluptatemq; sicut labem aliquam decoris oppreßerit, omnemq; mortis dolorisq; timorem effugerit, societatemq; caritatis coniecerit cum suis, omnesq; natura conuinctos suos duxerit, cultumq; deorum & puram religionem susceperit, & exacerit illam ut
oculo

oculorum, sic ingenij aciem ad bona deligenda & reijcienda contraria, quæ uirtus ex prouidendo est appellata Prudentia: quid eo dici aut cogitari poterit beatius? Idemq; cum cælum, terras, maria rerumq; omnium naturam perspexerit, eaq; unde generata, quò recurrant, quando, quomodo obitura, quid in ijs mortale & caducum, quid diuinum æternumq; sit, uiderit, ipsumq; ea moderantem & regentem penè præhenderit, seseq; non unis circundatum mœnibus popularem alicuius definiti loci, sed ciuem totius mundi, quasi unius urbis agnouerit: in hac ille magnificentia rerum, atq; in hoc conspectu & cognitione nature, dij immortales, quàm se ipse noscet, quod Apollo præcepit Pythius? quàm contemnet, quàm despiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ uulgo ducuntur amplissima. I. de Legib.

41. Animus cum est secum, secumq;, ut dicitur, uiuit, tum quæ ad se pertinent, ea curat: quæ sua sunt, cognoscit, noscit seipsum. I. Tusc.

42. Si quis est hoc robore animi, atq; hac indole uirtutis ac continentia, ut respuat omnes uoluptates, omnemq; uitæ suæ cursum in labore corporis atque in animi contentione conficiat, quem non quies, non remissio, non equalium studia, non ludi, non conuiuia delectent, nihil in uita expetendum putet, nisi quod est cum laude & honore & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instrua

instructum atq; ornatum puto. Pro M. Caelio.

43. Altè spectare si uoles, atq; hanc sedem & æternam domum contueri: neq; sermonibus uulgi dederis te, nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerum decus. Som. Scip.

44. Cogitantes supera atque cælestia, hæc nostra ut exigua & minima contemnamus. 4. Acade. quæst.

45. Quid potest ei uideri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusq; mundi nota sit magnitudo? Nam quid aut in studijs humanis, aut in tam exigua uitæ breuitate magnū sapienti uideri potest, qui semper animo sic excubat, ut nihil ei improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum? Atq; idem ita in omnes partes aciem intendit, ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia atq; angore uiuendi, ut quemcunq; casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat. 4. Tusc.

46. Confer nostram longissimam ætatem cū æternitate, & breuissima reperietur. I. Tusc.

47. Cælestia semper spectato, illa humana contemnit. Som. Scip.

48. Nihil est melius, quàm memoria rectè factorum & libertate contentum negligere humana. Cicer. Bruto.

49. Abeunt omnia unde orta sunt. Cato Maior.

50. Nemo confidat, semper sibi illud stabile et firmum

num permansurum, quod fragile & caducum sit. 2.
Tuscul.

51. O dij boni quid est in hominis uita diu? Mihi ne diuturnum quidem quicquam uidetur, in quo est aliquid extremum. cum enim id aduenit, tum illud quod præterijt, effluxit: tantum remanet quod uirtute & recte factis sis consecutus: horæ quidem cedunt & dies & menses & anni, nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest. Cato Maior.

52. Quis est, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad uesperum esse uicturum? Cato Mai.

53. Nemini exploratum potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperum. 2. de Finib.

54. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortune proposita sit uita nostra: neq; esse recusandum, quò minus ea, qua nati sumus, conditione uiuamus: neue tam grauitè eos casus feramus, quos nullo consilio uitare possumus, euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse noui nobis, cogitemus. Cic. Titio, Famil. 5.

55. Vtrum uiuere an mori sit melius, dij immortales sciunt: hominem quidem arbitror scire neminem. 1. Tusc.

56. Ex ipsa uita discedimus tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim nobis natura dia

ra diuersorium, non habitandi dedit. Cato Maior.

57 Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia
extinguuntur: non ijs, quorum laus emori non potest.

Parad.

58. Sic habeto, te non esse mortalem, sed corpus
hoc. Som. Scip.

59 Corpus hoc est mortale, animi uero motus sem-
piterni. Pro Sest.

60 Duae sunt uiae, ut ait Socrates, duplicesq; cur-
sus animorum e corpore excedentium. Nam qui se
humanis uitijs contaminarunt, & se totos libidini-
bus dederunt: ijs deuium quoddam iter & seclu-
sum a consilio deorum. Qui autem se integros castosq;
seruarunt, quibusq; fuit minima cum corporibus con-
tagio, suntq; in corporibus humanis uitam imitati-
deorum, his ad illos, a quibus sunt profecti. facilis pa-
tet reditus. I. Tusc.

61. Eorum animi, qui se corporis uoluptatibus de-
diderunt, earumq; se quasi ministros praebuerunt, im-
pulsuq; libidinum uoluptatibus obedientium, deorum
& hominum iura uiolarunt, corporibus elapsi, circa
terra ipsam uolutantur, nec in hunc locum caelestem. i.
in caelum, nisi multis exagitati seculis, reuertuntur.
Somn. Scip.

62 Qui recte et honeste curriculū uiuendi a natu-
ra datū confecerit, ad astra facile reuertetur: nō qui
aut immoderate, aut intemperanter uixerit. De Vni.

63. Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certus est in celo ac definitus locus, ubi beati sempiterno æuo fruantur. Som. Scip.

64. Omnium animi sunt immortales, sed bonorum fortiumq; diuini. 2. de Leg.

65. Bonorum uirorum mentes mihi diuine atq; eterne uidentur, & ex hominum uita ad deorum religionem sanctimoniamq; demigrare. pro C. Rab.

66. Tunc erimus beati, quum corporibus relictis, cupiditatum & æmulationum erimus expertes. 1. Tuscul.

67. Vestra quæ dicitur uita, mors est. So. Scip.

68. vetat dominans ille in nobis Deus, iniussu hinc nos suo demigrare. Quum uero causam iustam Deus ipse dederit, nã ille mediusfidius uir sapiens letus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa uincula carceris ruperit, leges enim uetant: sed tanquam à magistratu aut ab aliquâ potestate legitima, sic à Deo euocatus atq; emissus exierit. 1. Tusc.

69. Tibi & pijs omnibus est animus in custodia corporis retinendus: nec iniussu eius à quo ille est nobis datus, ex hominũ uita migrandum est, ne munus assignatum à Deo defugisse uideamur. Som. Scip.

70. Non est iniussu Imperatoris, id est, dei, de presidio & statione uitæ decedendum. Cato Maior.

71. Nisi Deus istis te corporis custodijs liberauerit, ad cælum aditus patere non potest. Som Scip.

72. Nos si quid tale acciderit, ut à Deo denuntiatum uideatur ut exeamus è uita, læti & agentes gratias pareamus, emittiq; nos è custodia & leuari uinoculis arbitremur, ut aut in æternã & planè nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaq; careamus. Sin autem nihil denunciabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum diem alijs, nobis faustum putemus: nihilq; in malis ducamus quod sit uel à dijs immortalibus, uel à natura parente omnium constitutum. Non enim temerè nec fortuito sati & creati sumus, sed profectò fuit quædam uis, quæ generi consuleret humano, nec id gigneret aut aleret, quod quàm exanclauisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. i. Tusc.

73. Nec unquam bono quidquam mali euenire potest, nec uiuo, nec mortuo: nec unquam eius res à dijs immortalibus negligentur. i. Tusc.

74. Improbo bene esse non potest. In Par.

75. Animi conscientia improbi semper cruciantur. 2. de Finib.

76. Impij poenas luunt, &c. i. de Leg. Vide Impij. 3.

77. Cuiusuis est hominis errare: nullius, nisi insipientis, perseuerare in errore. Philip. 12.

78. Facilius ijs ignoscitur, qui non perseuerare, sed ab errato se reuocare moliuntur: est enim humanum peccare, sed beluinum in errore perseuerare. in Vatin.

§

Optio

79. Optimus est portus poenitenti, mutatio contra
siliij. Philipp. 12.

80. Sit erranti medicina confessio. Cic. Octa.

Per multa nos consultò omisimus, & ea in pri-
mis, quæ ad dicendi facultatem & exercitatio-
nem magis quàm ad institutum nostrum perti-
nere uidebantur: quibus aliquândo proprius &
suus locus à nobis, si hunc nostrum laborem
probari intellexerimus, tribuetur.

I L L U S T R E S Q V A E
D A M S E N T E N T I A E E X O P T I
mis quibusq; alijs auctoribus selectæ, per
eundem Petrum Lagnerium.

Virtus.

I.



IRTVTE homini à dijs immortalibus
nihil melius datum est.

Amplissimum sibi ipsi præmium est uirtus
Ipsa quidem uirtus sibi met pulcherri-
ma merces. Sil. Ital.

Omnia ei adsunt bona, quem penes est
uirtus. Plautus.

Sola uirtus expers sepulcri. Virtuti fortuna cedit.

Virtus fortunæ non est indiga. Virtus fortunare solet. Sall.

Nunquam potest non esse uirtuti locus. Seneca,

Virtuti omnia parent. Domat omnia uirtus. Sallust.

Famam extendere factis, Hoc uirtutis opus. Virg.

Virtutis & gloriæ comes inuidia.

Vires

Virescit vulnere uirtus. Virtutis præmium honor. Sall.

Ipsa sese uirtus satis ostendit.

Virtus neque dono datur, nec accipitur.

Virtus eripi nec surripi potest unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur. Cicer.

Nunquam Stygias fertur ad umbras Incluta uirtus. Seneca.

Virtus æterna præclarâq; habetur. Plautus.

Qui per uirtutem perit, non potest interijt.

Bonum est, quidquid ex uirtutis geritur imperio.

Quod rectum & honestum & cum uirtute est, hoc demum est bonum. Cicero.

Sat habet fautorum semper, qui rectè facit. Plautus.

Sera nunquam est ad bonos mores uia.

Bene uiuere, bis uiuere est.

Ad uirtutem una & ardua est uia.

Ad gloriam uirtutis uia peruenitur.

Virtutem incolumem odimus,

Sublatam ex oculis quærimus inuidi. Horatius.

Probitas laudatur & alget. Iuuenalis.

Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat

Res angusta domi.

Bonos imitari, quàm ijs inuidere præstat.

Vbi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. Sallustius.

Plerunq; nos fallit uitium specie uirtutis & umbra.

Prosperum ac felix scelus, Virtus uocatur. Seneca.

Pauore carent, qui nihil commiserunt: at poenam semper ob oculos uersari putant, qui peccarunt.

Vacandum non modo omni crimine, sed & criminis cuiuscunque suspitione.

Oderunt peccare boni uirtutis amore. Horatius.

Oderunt peccare mali formidine poenæ.

Semita certè Tranquillæ per uirtutem patet unica uitæ. Iuue.

Affectibus bene uti, uirtus male uti, uitium.

Nobilitas sola est, atque unica uirtus. Iuuenal.

Statuae huiusmodi relinquendae, quae uirtutis sint monumenta
magis, quam staturae corporis.

Virtute decet, non sanguine niti. Claudian.

Sola perpetuo manent Subiecta nulli mentis atque animi bona.

Omnis spes in uirtute ponenda. Seneca.

Prudentiae

2.

PRUDENTES dii amant, & oderunt malos.

Priusquam initium recte constitueris, stultum est de exitu consi-
lium capere.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est, uidere, sed etiam
illa, quae futura sunt, prospicere. Terent.

Priusquam incipias consulto, & ubi consulueris, mature factu
opus est. Sallust.

Præterita reprehendi possunt, corrigi non possunt.

Cum re mutare consilium, prudentis est.

In capiendis consilijs festinatio rationis inimica mentis præstrin-
git oculos.

Haud facile animus uerum prouidet, ubi odium, amicitia, ira, atque
misericordia intercedunt.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad uitam fuit,

Quin res, ætas, usus semper aliquid adportet noui &c. Terent.

Perbeati sunt, qui eum tenent uitæ cursum, ut uel in negotio sine
periculo, uel in otio cum dignitate uersentur. Cicero.

Seræ sunt hominum lamentationes, prorsusque uituperandae, quas
occupatas in ijs lugendis cernimus, quæ uitio suo, desidiaque
contigerunt.

Primus ad sapietiam gradus, seipsum nosse quod ut omnium dif-
ficillimum est, ita longe utilissimum.

Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Plautus.

Felix quicumque dolore Alterius discas posse carere tuo. Tibul.

Scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex usu fiet. Ter.

Ita

Ita comparata est omnium hominum natura, aliena melius, ut uideant & iudicent, quam sua. Ibid.

Suus cuique attributus est error.

Sed non uidemus manticae quod in tergo est. Catul.

Aliena sic nobis tractanda sunt, ut nostrarum non obliuiscamur. Sal.

Stultitiae est, alienam rem suo periculo curare.

Prudentis est mortis meminisse.

Sapientissimus quisque animo aequissimo moritur, stultissimus iniquissimo.

Aestas non semper fuerit, componite nidos. Hesiodus.

Carpe diem, quam minimum credulus postero. Horat.

Viue memor quam sis aevi breuis.

Sera nimis uita est crastina, uiue hodie. Martial.

Dum lucet, uiue. Utendum praesentibus.

Memineris iuuenis, quod aliquando senex eris.

Est sua rebus pulchritudo, sed & interim desinit.

Stultus est, qui quae obtulit opportunitas, non amplectitur.

Bene qui latuit, bene uixit, & intra. Ouid.

Fortunam debet quisque manere suam.

Optimus est in omnibus rebus modus, laudabilisque mensura. Boet.

Quod praecipiti uia Certum deserit ordinem,

Letos non habet exitus.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Horat.

In omni re uidendum, ne quid nimis. Terent.

Flagitium est, te alijs consilium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliari. Terent.

Lente festinandum est.

Habent paruae commoda magna morae. Ouid.

Quod cauere possis, stultum est admittere. Terent.

Prudentis est in plerisque conuiuere.

In auido ingenio saepe prauum uincit consilium.

Ineuntis aetatis inscitia senum constituenda & regenda est prouidentia.

S ij.

Stultum.

Stultum est dimensionibus terrarum studere, & seipsum ne-
scire metiri.

Dijis proximus ille est, Quem ratio nõ ira mouet. Claud.
Vtilia iucundis præferenda sunt, cum obtineri utrunq; nõ potest.

Vix sibi ipsi, nedum alij credet prudens.

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Terent.

Omnia prius experiri quàm armis, sapientem decet.

Euentus stultorum magister.

Dulce est desipere in loco,

Horat.

Fortitudinis.

3.

FORTIOR est, qui se, quàm qui fortissima uincit
Mœnia, nec uirtus altiùs ire potest.

Omne solum forti patria est. Ouidius.

Patria est, ubicunque uirtus sedem sibi elegerit.

Fortium uirorum est magis mortem contemnere, quàm ama-
re uitam.

Quemcunque fortem uideris, miserum neges. Seneca.

Fortes fortuna adiuuat. Terentius.

Magnum faciunt hominem res aduersæ, quemadmodum se-
cundæ felicem. Crescit in aduersus uirtus.

Necessitudo etiam timidos fortes facit. Sallust.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus. Ouidius.

Tristi materiam tempore laudis habet.

Quanta cuiusq; animo audacia natura, aut moribus
inest, tanta in bello patere solet. Sallust.

In re mala animo si bono utare, iuuat.

Plaut.

In dubijs homines spectare periculis

Lucret.

Conuenit, aduersisq; in rebus noscere qui sint.

Animus æquus, optimum est ærumnæ condimētum.

Plaut.

Explorant aduersa uiros, perq; aspera duro,

Nuitur ad laudem uirtus interrita cliuo.

Silius Ital.

In suo quisq; periculo magnum habet animum.

Sila

Scitum est profectò quiddam, & in medijs malis ea quenquam
sapere, quæ sapere est opus.

Tunc cede malis, sed contra ardentius ito. Virg.

Haud est uirile terga fortunæ dare.

Facere solent extrema securos mala. Seneca.

Apparet uirtus, arguiturq; malis. Ouid.

Facile supplicium perpeti, se supplicio liberare est.

Vt ualeas multa ferenda tibi.

Superanda omnis fortuna ferendo est. Virgilius.

Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit.

Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguuntur,
non ijs quorum emori uirtus non potest.

Audendum tibi aliquid, si uis esse aliquid.

Non fit sine periculo facinus magnū et memorabile. Terent.

Laus erit in magnis & uoluisse sat est.

Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas. Ouid.

Nihil tam altè natura constituit, quò uirtus non possit eniti.

Inuia uirtuti nulla est uia. Tendit in ardua uirtus. Ouid.

Eneruos animos uirtus odisse solet.

Nihil intentatum relinquit uirtus.

Amicitia.

4.

NEque falsum prorsus, neq; suaue esse potest quicquam, ubi
amor non admiscetur. fel quod est amarum, id mel faciet. Plau.

Non aqua, non igni, non aëre pluribus locis utimur, quàm a-
micitia. Cicero.

Solem è mundo tollunt, qui amicitiam è uita tollunt. Cic.

Tantum boni est in amicitia, ut ad eam rem perficiendam deo-
rum atq; hominum munera uideantur concurrere. xenoph.

Amicus est desiderabile nomen, homo uix apparens, infelicitatis
refugium, uix inuenienda possessio, secretorum receptor, in-
deficiens quies, amanda felicitas.

Aequalitate animorum constat amicitia.

S

4

Idem

Idem uelle atq; idem nolle, ea demum firma est amicitia. Sall.
Eadem cupere, eadem odisse inter bonos, inter malos factio est.
Solutus est homo amico amicus.

Amicitia omnibus rebus humanis anteponenda. Senec.

Odit uerus amor nec patitur moras.

Tardo amico nihil est quidquam inæquius. Plautus.

Amor qui renuit operari, amor non est. August.

Vbi amici, ibidem opes. Plautus.

Is amicus est, qui in re dubia, re iuuat, ubi re est opus.

Amicus certus in re incerta cernitur. Cic.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,

Tempore sic duro est inspicienda fides. Ouid.

Stat nulla diu mortalibus usquam Fortuna titubate fides. Ouid.

Donec eris felix multos numerabis amicos.

Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ouid.

Fidem secunda poscunt, aduersa exigunt. Seneca.

Extra fortunam est, quidquid donatur amicis. Martial.

Quas dederis, solas semper habebis opes.

Si quid erga amicum benefeceris, aut consulueris fideliter, non uideris meruisse laudem munere functus tuo.

Reconciliata similitate, quilibet leues suspiciones fugiendae sunt.

Verus amor nullum nouit habere modum. Proper.

Coniunctio animorum maxima cognatio est.

Qui uere amat, praeter unum amare non potest.

Opitulandum amicis, sed usq; ad aras.

Contra patriam arma pro amico sumenda non sunt. Cic.

Est quatenus amicitiae dari uenia possit.

Omnia cum amico discutienda sunt. primum autem discutiendus probandusq; amicus ipse est.

Amicitijs non est utendum ut floribus, tandiu gratis quandiu recentibus. Sallust.

Veteres amicitias pro consequentiũ nouitate non fastidias. Plau.

Amicorum nunquam cuiquam hominum satis fuit.

Amicos

Amicos res inuenit. Amicorum communia debent esse omnia.

Nomen amicitiae barbara corda mouet. Ouid.

Amandi nec multi, nec nulli.

Amicitiae immortales esse debent, mortales inimicitiae. Cic.

Periculosum est, inter amicos de re aliqua statuere. nam ita necessum est alterum ex his prorsus inimicum habere. Bias.

Optimam uitae suppellectilem sibi comparauit, qui amicos parauit.

Paupertatis ac diuitiarum. §

MAGNUM uectigal est parsimonia. Cicer.

Diuitiae grandes homini sunt, uiuere parcè. Lucret.

Sires tua non sufficiat tibi, tu parcendo fac ut sufficias rei tuae.

Pauper non est is cui rerum suppetit usus. Horat.

Egens aequè est is cui quod est non sufficit, atq; is, qui nihil habet.

Quod satis est, cui contingit nil amplius optet. Horat.

Bene est, cui Deus obtulit Parca quod satis est manu.

Facinus audax incipit, Qui cum opulento pauper coepit rem habere, aut negotium. Plautus.

Curia pauperibus clausa est. Ouidius.

Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti.

Magnum pauperies opprobrium iubet & facere & pati. Horat.

Nil habet infelix paupertas durius in se,

Quàm quòd ridiculos homines facit. Iuuenal.

Magister artis, ingenijq; largitor Venter. Persius.

Paupertas omnes artes perdocet.

Difficile est pauperem philosophari.

Seruiet aeternum, qui paruo nesciet uti. Horat.

Inopiae pauca desunt, auaritia omnia.

Locum uirtutis deseruit, qui

Semper in augenda festinat & obruitur re. Horatius

Auaritia adeoq; pecuniae studium, fidem, probitatem ceterasq; bonas artes subuertit.

Lucri bonus est odor ex re Qualibet Iuuenal.

§ §

NUM

- Nunquam expletur cupiditatis sitis. Horatius.
 Pecunia auaro supplicium est. Semper auarus eget.
 Nimum ad rem in senecta attenti sumus.
 Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Iuuen.
 Et minus hanc optat qui non habet.
 Rape, congere, aufer, posside relinquendum est. Mart.
 Solius temporis honesta auaritia est.
 Vbi quis pecuniam habet, necesse est, ut aut seipsum aut pecuniam uilem habeat.
 Auarus multa multis saepe suasit perperam. Plaut.
 Solus ferrum, mortemq; timere Auri nescit amor. Luca.
 Diuitiarum fluxa est atque fragilis gloria.
 Animus hominis diues, non arca appellari solet.
 Diuites non solum cruciantur libidine augendi ea, quae habent sed etiam amittendi metu. Cicero.
 Et genus & uirtus nisi cum re, uilior alga est. Horat.
 Omnia pulchris diuitijs parent.
 Prima peregrinos obscœna pecunia mores Iuuenal.
 Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu Diuitiæ molles.
 Diuitiarum cupido ibi est, ubi & luxus ususque.
 Qui suis contentus est, is uerè ditissimus est. Cicer.
 Cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit, qui nihil quærit, nihil appetit, nihil optat amplius, hic demum diues appellandus est. Cicero.
 Virtute qui præditi sunt, soli sunt diuites.
 Opes sunt sarcinæ mentis. Cicero.
 Imperat aut seruit collecta pecunia cuique. Horat.
 Aurum omnes uincta iam pietate colunt. Propert.
 Aureanunc uerè sunt sæcula, pluribus auro Venit honos.
 Nemo extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi
 omissis pecuniæ & corporis gaudijs. Sallustius.
 Fortunæ bonorum uti initium, sic finis est.
 In pretio pretium nunc est. Ouidius.

Crescena

Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumq; fames.
 Pecuniam in loco negligere, maximū interdū est lucrū. Ter.
 Exercitij, seu laboris, & ignauia. 6.

DII nobis laboribus omnia uendunt.

Qui felices aliquando esse uolunt, laborare debent.

Qui studet optatam cursu contingere metam,

Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alfit. Horatius.

Vigilādo, agēdo, bene consulēdo, prosperē omnia cedūt. Sall.

Mala mille affligunt hominem, cui segne & inutile corpus.

Nemo unquam ignauia immortalis factus est.

Difficilia quæ pulchra.

Qui dormiūt libenter, sine lucro & cū malo quiescūt. Plau.

Sinon Intendes animum studijs & rebus honestis,

Inuidia uel amore uigil torquebere. Horat.

Desuetudo pigritiam, pigritia ueternum parit.

Exercitium potest omnia. Virgilius.

Labor omnia uincit Improbus, Virgilius.

Spe otij sustentatur labor.

In tenui labor, at tenuis nō gloria. Magnæ curæ, magna merces.

Quæ laboriosa sunt iuuentuti studia, hæc sunt

Iucunda senectuti otia.

Laboris condimentum est otium. Par est fortuna labori.

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum ma
 net. Si quid turpe cū uoluptate, turpitudine manet, uoluptas abit.

Blando ueneno desidia uirtus paulatim euicta senescit.

Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possit.

Omne opus difficile apparet, antequam tentaueris.

Nihil tam facile, quin difficile fiat, si inuitus facias. Teren.

Voluptatis.

7.

IN regno uoluptatis uirtuti non est locus.

Næ illi falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expectant, uo
 luptatem & præmia uirtutis.

Voluptas

284 **VARIORVM AVCTORVM**

Voluptatibus simul & uirtuti nemo seruire potest.

Voluptas est malorum esca, quod ea non minus homines quam hamo capiuntur pisces. Plautus.

Homini præstantia indigna est uoluptas.

Est uirtus placitis abstinuisse bonis.

Facile ingenia adolescentum ab honesta disciplina ad luxum dilabuntur, Luxum suadet licentia.

Suadent breuem præsentia fructum.

Copia, luxusq; nimius, ad uoluptatem facillimè allicit.

Nulla est adeo uoluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat.

Copia fastidium parit. Plin.

Voluptates commendat rarior usus. Iuuenalis.

Pœnitentia dolorq; uoluptate comparantur. Plaut.

Ita dijs placitum, uoluptati ut mœror comes consequatur.

Dolor ac uoluptas Inuicem cedunt, at breuior uoluptas. Seneca.

Voluptatum usuræ morbi sunt.

Sperne uoluptates nocet empta dolore uoluptas. Horat.

Miscentur tristia lætis. Ouidius.

Qui minus deliciarum nouit in uita, minus timet mortem.

Fortunæ. 8.

FORTVNA opes auferre, non animum potest.

Fortuna fortes metuit, ignauos premit. Seneca

Oblatam utranuis fortunã iuxta suscipere discat, qui animo esse tranquillo cupit. Fortuna meliores sequitur. Seneca.

Probitatem, industriam, ceterasq; bonas artes, neque dare neque eripere cuiquam fortuna potest. Sallustius.

Fortuna cum blanditur, tunc uel maximè metuenda.

In secundis nihil minus, quam confidendum.

Parcius obsequenti fortunæ potius fidendum, quam usq; quaque fauenti.

Fortunæ muneribus utendum, non fidendum. Seneca.

Fortuna nunquam perpetuo est bona.

FORTVNA.

Fortuna seu læta negotio, & Ludū insolentē ludere pertinax.
Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna.
Nulli præstat uelox fortuna fidem. Horat.

Cæca fortuna est, & eos plerunq; efficit cæcos, quos cõplexa est.
Fortuna, ut medicus ignarus, multos cæcat. Cic.

Res secundæ non habent unquam modum. Seneca.

Lasciuam amant atque superbiam res secundæ. Sallust.

Omnes, cum secundæ res sunt maximè, tum maximè meditari se-
cum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant. Teren.

Cui spes omnis & ratio & cogitatio pendet à fortuna, huic ni-
hil oportet esse certi, nihilq; quod exploratum habeat perman-
surum sibi, ne unum quidem diem. Cicero.

Faber est quisq; fortunæ suæ. Fortuna non mutat genus.

Suam cuiq; mores fingunt fortunam.

Perinde ut quisq; fortuna utitur, ita præcellit. Plautus.

Omnib. nobis ut res dant sese, ita magni atq; humiles sumus. Te.

Bona fortunæ perinde sunt, ut animus illius, qui ea possidet.

Qui uti scit, ei bona qui non utitur rectè, mala.

Fortunam citius reperias, quàm retineas.

Fortunam cum abire permiseris, frustra postmodum

fugientem implorabis. Plin.

Naturam plerunque fortuna corrumpit. Martial.

Dira libido fortunæ comes. Ouid.

Fortuna multis nimis dat, satis nulli. Martial.

Dat quodcunque libet fortuna, rapitq;. Ouid.

Fortuna in omni re domiuatur. Sallust.

Turba tremens sequitur fortunam semper & odit. Iuuenal.

Ad saturitatem non est opus fortuna.

Nam quod necessitati sat est, tollit irata.

Leuis magnas opes huc fert & illuc casus.

Breuis est magni fortuna fauoris.

Minus in paruis fortuna furit.

Felicitatis comes inuidia, Seneca.

Fortis

Fortuna simul cum moribus immutatur. Seneca.

Sucessum fortuna, experientiam laus sequitur. Sallust.

Quem res plus nimio delectauere secundæ,

Mutatæ quatient. Horat.

Læta omnia rarò sine infelicitate aliqua eueniunt.

Fortuna arbitrijs tempus dispensat ubiq;. Ouidius.

Hominem esse calamitosum.

DII nos quasi pilas homines habent. Plautus. 9.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,

Et certam præsens uix habet hora fidem. Ouidius.

Quemcunq; miserum uideris, hominem scias. Seneca.

Ea est humanarum rerum natura, ut nihil sit omni ex parte beatum.

Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum. Plautus.

Nihil est homini perpetuum bonum.

Iam huic uoluptati hoc ad inuentum odium est.

Prima pars æui sese nescit. media curis obruitur. ultima molesta
senectute premitur. Plautus.

Iuuenta nihil est fugacius, quæ ubi auolarit semel, redit nunquam.

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui

Prima fugit. subeunt morbi, tristisq; senectus,

Et labor, & duræ rapit inclementia mortis. Virgil.

Senectus ipsa morbus est. Terentius.

Obrepat non intellecta senectus. Iuuenalis.

Multa ferunt anni uenientes commoda secum,

Multa recedentes adimunt. Horatius.

Formæ gloria fluxa atq; fragilis est. Res est forma fugax.

Forma exigui temporis donum est.

Nec forma æternum, haud cuiquam est fortuna perennis.

Longius aut propius mors sua quæq; manet. Propert.

Oculi nostri tum demum miserissimi sunt, ubi coguntur pauper-
tatem nostram conspicerè.

Ita pleriq; ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitent. Ter.

Res humanæ fluxæ & mobiles sæpius in aduersa mutantur. Sall.

Immor

Immortalia ne speres monet annus, & alium Horat.
 Quæ rapit hora diem. Seneca.
 Nouit paucos Secura quies. Nulla dies moerore caret.
 Tu quancunque Deus tibi fortunauerit horam,
 Grata sume manu. Horatius.
 Gaudia non remeant, sed fugitiua uolant Martialis.
 Finis alterius mali, Gradus est futuri. Seneca.
 Leue est miseras ferre, perferre est graue.
 Nihil iucundum, quod nemo uidet, ne ipsæ quidem opes.
 Omnium rerum uicissitudo est. Terentius.
 Sæuis inter se conuenit urfis
 Ast homini ferrum lethale incunde nefanda Iuuenalis.
 Produxisse parum est.
 Vnicuiq; dedit uitium natura creato. Propert.
 Curarum somnus domitor, pars est humanæ melior uitæ.
 Omnia orta occidunt, aucta q; senescunt. Sallust.
 Homo se prius morti, quam uitæ parare debet, atq; adeo putare,
 extremum sibi semper adesse diem.
 Vita & mors iure naturæ sunt.
 Hæc est hominis conditio, ut quam citò in lucem exeat, moriturus
 existat.
 Quis furor est atram bellis accersere mortem?
 Imminet, & tacito clam uenit illa pede. Tibullus.
 Mors æquat summis infima, inuoluit humile pariter et celsum ca
 Ipse iubet mortis nos meminisse deus. Martialis puta
 Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus Virg.
 Omnibus est uitæ, Fata manent omnes,
 Mille modis lethi miseros mors una fatigat.
 Quem fors dierum cunq; dabit, lucro Appone. Horatius.
 Omnes una manet mors. Et calcanda semel uia lethi.
 Et pace & bello cunctis stat terminus æui. Sil. Ital.
 Viue uelut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe,
 Perdiderit nullum uita reuersa diem. Martialis.

Quis

Quis scit an adijcient hodiernæ crastina uitæ

Tempora dii superi? Horatius.

Nemo tam diuos habuit fauentes, Crastinū ut posset sibi pol-
liceri. Seneca.

Mors ultima linea rerum est. Horat.

Mors sola fatetur Quantula sunt hominū corpuscula. Inuenal.

Nemo quā benè uiuat, sed quādiu, curat cum omnibus possit
contingere, ut benè uiuant ut diu, nulli.

Vita humana similis est ferro, quod si exerceas, atteritur si non
exerceas, rubigo consumit. Sallustius.

In luctu atq; miserijs mors ærumnarum requies, nō cruciatus est.

Vt bene uiuitur, diu Viuitur. Plautus.

Dominij ac seruitutis. 10.

LIBERTATEM nemo bonus, nisi cū anima simul amittit.

Omnes profectò liberi libentius Sumus, quā seruimus.

Propriæ telluris herum natura neq; illum,

Nec me, nec quenquam statuit. Horatius.

Libertas per inertiam amittitur.

Liber est is existimandus, qui nulli turpitudini seruit.

Natura mortalium auida est imperij. Plautus.

Ea demum tuta est potentia, quæ uiribus suis modum imponit.

Vim temperatam dii quoq; prouehunt

In maius idem odere uires, Omne nefas animo mouentes. Hor.

Facilitate nihil est homini melius, neque clementia.

Pudore & liberalitate liberos

Retinere, satius esse credo, quā metu.

Deteriores omnes sumus licentia. Terentius.

Immodicus libertatis usus seruitutis quandoq; occasio fuit

Durum & inuisum & graue est, Seruitia ferre.

Pessimus quisq; asperrimè rectorem patitur.

Serui ære parati iniusta imperia Dominorum non perferunt.

Facile est imperium in bonis.

NON

- Non qui iussus facit aliquid miser est, sed qui inuitus.
 Non decet superbum esse hominem seruum. Plautus.
 Plus oportet scire seruum, quam loqui. Plautus.
 Omnis animi debilitata & humilis & fracta timiditas seruitus est. Cicero.
 Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. Claudia.
 Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
 Impatiens consortis erit. Lucanus.
 Particeps dominationis neq; fuit quisquam, neq; si pati potuisset,
 orbis terrarum bello concussus foret.
 In maxima fortuna minima licentia esse debet.
 Minimum decet licere cui multum licet. Sallustius.
 Multos timeat oportet, qui timetur à multis. Seneca.
 Rarò contingit, eum à multis diligi, qui non merito, sed arroganti
 a pluribus nititur anteferri. Seneca.
 Odia qui inimum timet, regnare nescit.
 Ars prima regni est, posse inuidiam pati.
 Malus est minister regij imperij pudor.
 Timendus tibi populus apud quem multa possis.
 Tutus esse non potest, quem maxima pars hominum extinctum
 esse cupiat. Seneca.
 Est regis alti spiritum regi dare. Multa cura summo imperio inest.
 Qui querit alta, is malum uidetur querere. Plaut.
 Venenum in auro bibitur. Seneca.
 Iniqua nunquam imperia retinentur diu.
 Regna cum scelere omnibus Sunt exilijs grauiora. Seneca.
 Virtus & summa potestas Non coeunt. Lucan.
 Ut nemo doceat fraudis, & sceleris uiam
 Regnum docebit. Seneca.
 Nemo alteri imperium uolens concedit, & quamuis nouus atque
 clemens sit, qui plus potest, tamẽ cui malo esse licet, formidatur.
 Non bene conueniunt, nec in una sede morantur
 Maestas & amor. Ouid.

T

Regum

Regum pernicies adulatio.

Errat longè mea quidem sententia,

Qui imperium credit grauius esse, aut stabilius

Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Terent.

Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, uerùm amici,
quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio &
fide parantur. Sallustius.

Regiæ uoluntates plerunque ut uehementes, sic mobiles sunt, ac
sæpe ipsæ sibi aduersæ. Sallustius.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Circa regna tonat. Nunquam placidam sceptrâ quietem,

Certum uesui tenuere diem. Seneca.

Vis consili expers, mole ruit sua. Horatius.

Imperium his facilè artib. retinetur, quibus initio partū est. Sal.

In seruitutem cadere de regno, graue est. Seneca.

Amoris.

II.

Qui in amore præcipit auit, peius perit, quàm si saxa saliat. Plau.

Vis magna mentis, blandus atq; animi dolor, Amor est.

Amor amoris expers non est. Seneca.

Nox & amor uinumq; nihil moderabile suadent.

Illa pudore uacat, Liber amorq; metu. Ouid.

Libertas quoniam nulli iam restat amanti,

Nullus liber erit, si quis amare uolet. Propert.

Insanum est & malum, in hospitium diuorti ad cupidinem.

Quisquis in primo obstetit, Pepulitq; amorē, tutus ac uictor fuit.

Qui blandiendo dulce nutriuit malum,

Serò recusat ferre, quod subiit iugum. Seneca.

Solus amor morbi non amat artificem. Propert.

Quæ res Nec modum habet, neq; consilium, ratione modoq;

Tractari non uult in amore hæc sunt mala

Bellum, pax rursus. Terent.

Amorem sectari solent, cura, ægritudo, dolor, nimiaq; elegantia.

Nemo

Nemo sine grandi malo,

Præter quàm res patitur, studet elegantia. Plaut.

Pulchra mulier nuda, erit quam purpurata pulchrior.

Meretrix non absimilis mari: quod das deuorat, nunquam abundat. Plautus.

Hoc unum in ore perpetuò habent meretrices, da mihi, atque affer mihi.

Amori accedunt hæc uitia, Insomnia, ærumna, error & terror & fuga, Ineptia, stultiaq; adeò & temeritas, Incogitantia, excors immodestia, Petulantia, cupiditas, & maleuolentia

Inheret etiam auuiditas, desidia, iniuria, Inopia, contumelia & dispendium, Multiloquium, pauciloquium, &c. Plaut.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrum

Commaculare manus. Virgilius.

Crudelis amor cuius parua flamma primo uapore delectet at fomento consuetudinis exæstuans, immodici ardoris totum hominem perurat.

Amor in tempore uires capit, & paulatim totum hominem amplexatur.

Amantes amentibus haud dissimiles, qui seipsos nesciunt, & quid agant ignorant.

Celerem habet ingressum amor, regressum tardum.

Dulce est insanire in loco.

Qui amat, si quod amat habet, id satis habet sibi.

Pro cibo, uidere, amplecti, osculari, atque alloqui.

Amantium est, etiam næuos eius quod amant, exosculari.

Nulla non hora somniamus, quod amamus.

Vbi uanis somnijs enutritur amor, præcordijs insedit

Amoris præmium, fructusq; libidinis, aliquando sola cogitatio

Supplicium uerò graue, frustratio cupiditatis.

Consuetudo & mores fugant durtiam, & obstinaciam inimicam
amori.

Falsa dulcedine fouentur amantes. Hæc tum demum se prodit
cùm dirimitur amor. Dulces amorum insidiæ.

Facile irati uerbo mutantur amantes. Propert.

Amantium iræ amoris redintegratio est. Terent.

Rara est concordia formæ Atque pudicitia. Iuuenal.

Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis. Plaut.

Tunc uiuere castè Asperius, cum prompta Venus. Claud.

Nec regna socium ferre nec tædæ sciunt.

Non benè cum socijs regna Venusq; manent. Seneca.

Amor perennis coniugis castæ manet.

Cæcus amor nonnunquam admiratur neglecta. Seneca.

Omnia uincit amor. Virgilius.

Sobrietatis.

12.

BVCCAE. Noscenda est mensura tuæ. Iuuenal.

Non uinũ moderari, sed uino solent, qui quidem probi sunt. Plau.

Vina parant animos Veneri. Ouidius.

In uinum mutum confertur plerunq; culpa: quod si loqui posset, se
defenderet. Nimis est uile uinum, atq; amor,

Si ebrio atque amanti impunè facere quod lubeat licet. Plaut.

Homini cicuta est uinum. Plinius.

Vino forma perit, uino corrumpitur ætas. Propert.

Vinum memoriæ mors. Plin.

Magnum hoc uitium uino est, pedes captat primum, luctator de-
losus est. Plautus.

Quem tu asseruare rectè ne aufugiat, uoles,

Esca atque potionem uinciri debet.

Apud mensam plenam homini rostrum deliges,

Dum tu illi quod edat, & quod potet præbeas

Arbitratu suo affatim quotidie, Nunquam ædepol fugiet.

Verecundari neminem Apud mensam decet. Plaut.

Taciturnitatis.

13.

Qui non nouit tacere, nescit loqui.

Pania

Penituit aliquando locutum esse, tacuisse nunquam.

Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens

Gloria, quæ parcis mensurat singula uerbis. Hesiod.

Effræni oris, & ex legis dementiæ extremum infelicitas occupat. Horatius.

Linguam compefcere, uirtus non minima est. Seneca.

Mors & uita in manibus linguæ. tenent.

Maledicentia stultorum thesaurus, quem in lingua reconditum

Qui inconsiderat è loquitur, sentiet mala.

Inter pocula præsertim seruandum silentium.

Stultus non nouit silentium seruare.

Percontatorem fugito, nam garrulus idem est. Horat.

Alium filere quod uoles primus file. Seneca.

Lingua hominum ad iudicia præceps.

Semel emissum uolat irreuocabile uerbum. Horat.

Lingua si infrænis est & prodiga, interdum maximarum cladum organum est: at si parca & prouida, in ea particula ingentium bonorum fomites latent, & prudentia inde excerpitur.

Qualis uir, talis oratio. Pudicæ mentis, pudicus sermo.

Os sanctum, sancta promit eloquia.

Imago homini sermo est.

Detrahentem auersatur uir bonus.

Huic non licet alterius uituperationem patienter audire, qui nec ab alijs optat suum recipi.

Verecundia silentium imperat.

Beneficentiæ & ingrati- dinis.

14.

Quod benè fit bonis, Haud perit. Plaut.

Nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum quæ accipiuntur, beneficium est, sed eius qui tribuit, animus.

Benefacta benefactis cumulanda.

Aliquando gratius est, quod facili, quàm quod plena manu datur.

T 3

Quid

Quidquid sine detrimento commodari potest, id tribuatur etiam ignoto. Cicero.

Serò beneficium dedit, qui roganti dedit.

Eodem animo debetur beneficium, quo datur.

Reddit beneficium, qui libenter debet.

Nemo licenter debet reddere quod non accepit, sed extorsit.

Meminisse debet is, in quem collatum est beneficium, non commemorare qui contulit. Cicero.

Odiosum hominum genus officia exprobrantium.

Beneficium nec in puerum, nec in senem conferendum est: in hunc, quia perit antequam gratiae referendae detur opportunitas: in illum, quia non meminit.

Improbus est homo, qui beneficium

Scit sumere, & reddere nescit. Plautus.

Ingratus qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus, inquam, qui id dissimulat: rursum ingratus, qui non reddit: at omnium ingratusissimus, qui oblitus est.

Ita sunt omnes isti nostri ciues, Plautus.

Si quid benefacias, leuior pluma gratia est.

Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas. Ouid.

Immunifico cantari solet, quod habes, nec habeas.

Regem armis, quam munificentia uinci, minus flagitiosum.

Eruditionis ac Scientiae.

156

OPES eiusmodi parandae, quae nauis fracta simul cum domicilio queant enatare.

Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia, gloria incenscentque; ea semper, quae apud quosque improbantur.

Dignum laude uirum Musa uetat mori.

Litterae pulcherrimae sunt hominis diuitiae.

Quemadmodum corpus medicina, sic animum Philosophia curat.

HOMI

Homini mens discendo alitur.

Vita hominis sine litteris mors est, & hominis sepultura.

Strenua ingenia, quo plus recessus sumunt, hoc maiores impetus edunt.

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Ovidius.

At nunc barbaria est grandis, habere nihil.

Homine imperito nunquam quidquam iniustus, Terent.

Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

Iners malorum remedium, ignorantia est. Seneca.

Reliqua confuse & sine ordine. 16.

LAVDIS cupiditas & timor ignavia ad uirtutem excitant.

Gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus aequè sibi exoptant. Sallustius.

Gloria alitur industria.

Aequa laus est à laudatis laudari, & ab improbis improbari.

Laudare se, uani uituperare, stulti est. Seneca.

Qui fauoris gloriam uerè petit,

Animo laudari magis, quàm uoce uolet.

Laus uera humili saepe contingit uiro.

Sperat quidem animus quò eueniat dijs in manu est. Plaut.

Credula uitam Spes fouet. Tibullus.

Miserrimum est timere, cum speres nihil.

Inesperata saepius accidunt, quàm quæ speres. Seneca.

Auxilium petendum ab omnibus, etiam ab infimis.

Nihil tam firmum cui periculum non sit, etiam ab inualido.

Inhumanum est male mereri de immerente. Plautus.

Certa amittimus, dum incerta petimus.

Nihil est quod non assidua meditatio facillimum reddat.

Cui plus licet, quàm par est plus uult, quàm licet.

In extrema inopia constitutis haud facile est emergere.

Animi molles & etate fluxi dolis haud difficulter capiuntur. Claudia.

T 4 Plus

Plus est seruasse repertum Quàm quæfisse, decus.

Non minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri.

Vbi intenderis ingenium, ualet. Sall.

Hoc deterius habet Respub. quo magis res priuatæ florent. Sall.

Suum cuiq; pulchrum. Rex suus Reginae placet.

Est amor & rerum cunctis tutela suarum. Flacc.

Domi industria foris iustum imperium animus in colendo liber,
neq; delicto neq; libidini obnoxius, illustres et magnos fecere
plerosq;.

Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum.

Tum deniq; omnes nostra intelligimus bona,

Quum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Plautus.

Laudata uirtus Crescit, & immensum gloriam calcare habet.

Nimia omnia Nimium exhibent negotium.

Plurimum facere, minimum de seipso loqui, prudentioris est.

Quibusdam Somnum rixa facit Iuuenal.

Cupienti etiam celeritas mora est.

Nunc nunc qui foedera rumpit, Dicitur qui seruat, eget.

Multa promptius est cauillari, quàm æmulari.

Nullus dolor est quem non longinquitas temporis minuat atque
molliat. Cicero.

Dies adimit ægrotudinem hominibus.

Antiqua nouis præfert inuidia.

Concordia paruæ res crescunt, discordia maximè dilabuntur. Sal.

In irrecuperabilibus optimum est remedium obliuio.

Negat sibi ipsi, qui quod fieri non potest petit. Seneca.

Qui timidè rogat, Docet negare.

Omnes res perinde sunt, ut agas, ut eas magnificias.

Ignosce alijs multa, nihil prorsus tibi. Plautus.

Ingenio stat sine morte decus. Propert.

Gaudet patientia duris. Lucanus.

Quidquid facimus uenit ex alto. Seneca.

Vulgus ingenio mobili, seditiosum est atque discordiosum, cupi-
dum
Cicero.

dum rerum nouarum, quieti & otio aduersum.

Virtus est, ubi occasio admonet, despiciere. Flaccus.

Nulla cælum reparabile gaza. Valerius.

Qui se habet, nihil perdidit.

Non rete accipitri tenditur, neq; miluio. Terent.

In gerendis negotijs sequendæ temporum opportunitates.

Irritatæ necessitatis grauissimi sunt morsus.

Naturæ sequitur semina quisque suæ. Propert.

Nitimur in uetitum semper, cupimusq; negata. Ouid.

Quod licet, ingratum est quod non licet, acrius urit.
Illicita amari solent.

Nemo recusat ferre sortem quam omnes patiuntur.

Dum uiuit, hominem noueris ubi mortuus est, quiescas. Plaut.

His nunc præmium est, qui recta praua faciunt. Teren.

Nulli te facias nimis sodalem,

Caudebis minus, & minus dolebis. Auson.

Quod quisq; patitur, id uerò omnium grauissimum quisq; putat.

Dociles imitandis Turpibus ac prauis omnes sumus. Iuuenal.

Melius est in coruos, quam in adultores incidere hi enim uiuentes, illi mortuos exedunt.

Pœna est uehemēs, nocte dieq; suū gestare in pectore testē. Sall.

Omne bellum sumitur facile, ceterum ægerrimè desinit. Plau.

Non laudandus est, qui plus credit quæ audit

Quam quæ uidet. Horat.

Ius summum sæpe summa malitia est. Teren.

Neglecta solent incendia sumere uires. Horat.

Non licet hominem esse sæpe ita ut uult, si res non finit. Teren.

Venienti occurrendum est morbo.

Lento gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq;

supplicij grauitate compensat. Valer.

Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit. Seneca.

Omnes res laudantur atque appetuntur, ut earum rerum usus
est. Cicero.

Carere debet omni uitio, qui in alterum paratus est dicere. Cic.
Semper nocuit differre paratis. Lucanus.

Suus cuiq; mos genuinus est.

Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno. Persius.

Quot homines, tot sententiae. Terent.

Maxima pars hominum morbo iactatur eodem. Horat.

Iniquè comparatum est, hi qui minus habent Teren.

Vt semper aliquid addant ditioribus.

Viue tibi, tecumq; habita, nec grandia tentes.

Effugit immodicas paruula puppis aquas. Ouid.

APPENDIX SENTENTIARVM EX PROBATISSI-

mis quibusque auctoribus selectarum, praecipue uerò ex libris Apophthegmatum D. Eras. Roterod.

Deus.

I.



Arbitrio numinis res hominum sursum deorsumq; uoluuntur & reuoluuntur.

Qui facinus arduū concipit animo, prius à dijs optare debet animū facinori parē.

Deorū, cum sint optimi natura, proprium est benefacere omnibus, nocere nemini.

Deus unicus totius mundi monarcha, ma-

lis genijs ac impijs hominibus nonnunquam abutitur ad utilitatem Ecclesiae.

Deus omnium sapientissimus sermonis est parcissimi.

Deus impiorum precibus irritatur magis ad uindictam, quam ad opitulandum flectitur.

A dijs optanda potiùs mens bona, quam ea quae nihil cōferunt ad hominis felicitatem.

Ab/q;

Absq; prouidentia Dei nihil geritur in rebus mortalium, magisq; fidendū diuino sauari, quā humanis consilijs aut uiribus.

Euentus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia, si quid feliciter cesserit. sed interim uult nostram operam accedere.

Hominis est peccare, at Dei aut hominis Deo proximi emendare peccata.

Dij carior hominū est salus, quā multa templorū ornāmēta.

Dij, qui quos uelint possunt ledere, nec à quoquā lædi uicissim, non nocent nisi improbis. homines hominibus ex æquo metuendū sunt. proinde qui superbè minantur alijs, aut dij sibi uidentur, aut non cogitant id quod minantur alijs, in ipsos posse recidere.

Numē magis delectatur frugalitate, quā optimis uictimis.

Non eget Deus nostris impendijs. amat autem homines, quorum necessitati potest illis impendijs succurri.

Deus optimē nouit quid nobis bonum sit, quid non.

Homo.

2

SIC homines secundis rebus effrænati, sibiq; præfidentes, tanquam in gyrum orationis ac doctrinæ duci oportet, ut perspetarum humanarum imbecillitate uarietateq; fortunæ, redantur imbecilliores.

Hominis est peccare, Dei uerò & hominis Deo proximi peccata emendare.

Prius debet esse homini, ut malo accepto medeatur, quā ut regerat in alterum.

Ferè fit, ut de leuioribus malis querantur homines, grauiora dissimulent.

Aequum est, ut homo se suis ac proprijs bonis metiatur potius, quā externis, quæ fortuna cum libet dat. cū uisum est eripit.

Ciues mundi omnes sunt homines.

Nullum est animal cui tam uaria uox sit, quā homo.

Non magnæ artis est, hominem eò propellere, quò suapte natura est pronus.

Nemo magis est hostis homini quā ipse sibi, dum libidinem,

dum

dum iram, dum ambitionem uariasq; cupiditates adhibet in consilium.

Homo est, cui deest pecunia: homo non est, cui deest eruditio.

Homines sunt ad uoluptatem proniores, quam ad uirtutem.

Homo nulla re melius cognoscitur, quam oratione.

Homo expertus philosophiae, ad omnem uitae functionem est inutilis.

Mundus hic fanum est Deo dignum, in quo constitutus homo semper honeste uelut in conspectu numinis omnia cernentis uersari debet.

Animus.

3.

HABET hominis mens in alto illo silentio, corporis sensibus iam feriatis, aliquid diuinitatis, si sese intenderit ad rerum sublimiorum speculationem.

Homini animus est corpori ceu carceri inclusus, quod quod reddas habitus, hoc magis grauatur animi uis.

Animus in profunda tranquillitate constitutus ueros affectus prodit. Contra, quae uigilantes non audent profari aut agere, ea noctu occurrunt in somnis.

Miserior est egestas animi quam corporis.

Corporis uigorem adimit aetas: animi uis ad extremam usque durat aetatem.

Quod animo insculptum est, nisi cum uita eripi non potest.

Animus habet quo se delectet, etiam oclusis sensibus.

Vt ornamenta ingenij longè pulchriora sunt externae nobilitatis insignibus: ita animus natura multo praestantior est corpore.

Mentis integritati corporis etiam habitum & cultum oportet congruere.

Animorum morbi sunt cupiditates.

Animi domicilium est corpus.

In eruditis, ac sobrijs uis animi non elanguescit, sed uiget potius, augeturq; usu & exercitatione.

Animus in corpore ueluti praesidio collocatus est: nonnumquam

quam

quam tamen corpori plurima ab animo ueniunt mala.

Animo aegrotanti medicus est oratio.

Non recte amat uxorem, qui corpus amat potius quam animum.

Animi robur et uis naturae, magno usui possunt esse Reip.

Animus nec inepto pudori, nec superstitioni est obnoxius.

Bona animi.

4.

IN ANIMI bonis nullum ius habet fortuna.

Tum externa bona reddemus nobis stabiliora, si quaedam seposuerimus, nec fortunae uolubili commiserimus.

Frustra parat opes, qui ueris animi bonis uacat.

Sola animi bona non sunt uiolentiae obnoxia, nec possunt a fortuna eripi.

Virtus.

5.

VIRTUS abunde sui est praemium, quicumque sequatur euentus.

Lacedaemonij quoniam seueriores erant et moribus incorruptioribus, bellique gloriam potissimum spectabant, contemnebant omnes artes, quae ciuium animos uidebantur emasculare, et a uera uirtute ad otiosam ostentationem traducere.

Non refert quo quid apparatu fiat, sed quantum efficiatur, si quidem hoc speciosior uictoris gloria, quo minus habet praesidij praeter uirtutem.

Saepe fit, ut hominis uirtus magistratui per se contempto et humili, dignitatem conciliet.

In conciliandis matrimonijs magis est spectanda uirtus, quam census.

Praemijs animi iuuenum ad uirtutem accenduntur, quae si detrahatur, ipsa uirtus elanguescit.

Virtutis caput est caruisse uitijs.

Qui uirtute praediti sunt, iidem sunt et nobiles.

Imbecillitas corporis frequenter impedit uirtutis usum.

Arctiora sunt uincula uirtutis, quam sanguinis, et omnis bo-

NHS

nus bono proximè cognatus est ob animorum similitudinem.

Egregia res est, iam inde à teneris uirtuti assuescere.

Non infimum erga Remp. est meritum, si non solum te præstiteris egregium uirum, sed aliquem tibi similem gignas, educesq; patriæ.

Qui nihil aliud habet quàm maiorum imagines, opinione nobilis est uerius, quàm re. at qui uirtute præditus est, unde manat illa uulgaris nobilitas, germanã ac natiuam habet nobilitatem.

Egregiorum meritorum conscientia magnam homini fidem præstat.

Virtus pulcherrimum genus est nobilitatis, quam sibi quisque proprijs uirtutibus conciliat.

Qui uer a uirtute præditus est, nihil spectat, nisi ut profit reip.

Præmijs inuitatur uirtus, at ignaui ignominia excitantur.

Non solum honos artes alit, uerum & uirtutem.

Laudibus humanis uirtus non eget, ducit enim secum laudem suam & decus.

Studium uirtutis hoc magis intendendum est, quo minus superest uitæ.

Voluptates non aliter quàm Sirenas ei prætermittendas esse, qui properat ut uirtutem ueluti patriam conspiciat.

Virtus usu magis discitur quàm lectione.

Virtus libris expressa, quodammodo picta uirtus est.

Ille infelicissimè egenus est, qui nulla uirtute præditus est.

Nihil sapientia pulchrius, nihil uirtute amabilius.

Iucunda est uirtus eam exercētibus, unde mirum est, quosdam ad id mercede uelle conduci, ut benè uiuant, cùm ipsa uirtus abundè magnum sui sit præmium.

Vera uirtus nihil moratur hominũ laudes, eas qui prædicant, plus debent ijs, quos laudant, quàm ipsis qui laudantur.

Non uerè sunt probi, qui non improbos detestantur.

Pulchrius est benefaciendo, quàm potentia uincere.

Vir bonus undequaq; uenatur stimulos ad uirtutem.

Veris

VERITAS in dicendo maximè probanda est & is optimè dicit, cuius oratio congruit rebus, ex quibus petenda est orationis qualitas, potiùs quàm ex artificio.

Veritas multis uerbis non eget & rectiùs meminimus quæ paucis uerbis comprehensa sunt.

Philosophia.

7.

Qui experimentis addiscunt administrare regnum, licet ingenio felicissimo nati sint, tamen & serò, & magno Reipub. malo tandem euadunt boni reges. At qui Philosophiæ præmunitus præceptis accedit, si adsit mens integra, uix poterit ab honesto deflectere.

Nemo Philosophiæ expers est idoneus regno.

Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem & uituperantem, sed philosophi est, nõ ita commoueri, ut ab honesto recedat.

Vulgatum est, neq; solem neq; aquam, neq; ignem magis utilem esse hominibus, quàm amicos.

Sed ingenij philosophici est, quemadmodum periti medici ex bestijs ac serpentibus noxijs uitalia quædam remedia colligunt, ita ex inimicorum odio decerpere aliquid, quod uertat in suum bonum.

Delicati pueri ad philosophiam non sunt idonei.

Turpissimum est Philosopho secus docere quàm uiuit.

Is uerè liber est, quem philosophia liberum facit.

Philosophũ ut uestis neglectior, ita et oratio decet in affectata.

Philosophia res est usq; adeò difficilis, ut eam uel simulare, magna sit pars philosophiæ.

Natura dat uiuere, Philosophia dat rectè uiuere.

Illa ad uirtutem dociles, non doctos gignit.

Proprium est philosophi mederi uitijs hominum.

Liberales disciplinæ uelut pedissequæ sunt moralis Philosophiæ,

Philosophia, quæ cum primis habenda est, & cuius gratia discuntur omnia.

Philosophi libertas est molesta omnibus.

Quod ars medica præstat corpori, hoc Philosophia præstat animo.

Non est idoneus philosophiæ discipulus, qui stultum pudorem non possit contemnere.

Sola philosophia præstat uitã ueram, tranquillam & suauem.

Solus philosophus uiros uincit.

Præstantius est quod præstat philosophus, quàm quod orator.

Munus oratoris inferius est, quàm ut philosopho conueniat.

Sponte mortem asciscere, posteaquam desijt esse usui ad uitã humanam, est ueri philosophi.

Quemadmodum equus indomitus ad omnem modum incommodus est, ob inscitias ac ferociã ita qui rapitur affectibus, quos sola domat philosophia, ad omnem uitæ consuetudinẽ inutilis est.

Vulgus legum scriptis arcetur à peccando, philosophus rationem habet pro legibus, non ideo quod rectum est faciens, quia lex iussit, nec à scelere temperans, quia lex uetuit sed quia nouit illud per se rectum esse, hoc per se turpe.

Probitas.

8.

APVD bonos in bona causa superuacua est commendatio, quum ipsa res impetret quod precibus exoratur.

Probus uir ob loci infamiam non fit deterior immò ex dignitate hominis honor loco additur nec solus magistratus ostendit uirum, sed uir ostendit magistratum.

Bonorum probrum est, uirum probum egere necessarijs.

Probis uiris & iniuratis est habenda fides leuibus, ne iurati quidem.

Non uerè sunt probi, qui improbos non detestantur.

Immodica bonitas sæpè contemptum parit.

Etiam

Etiā improbis in necessitate succurrit uir bonus debetur enim hoc officium, si non meritis illius qui iuuatur, certè naturæ.

Prudentia.

9

PRUDENTIS est pro re nata nouare consilia at sine causa subinde alium fieri, inconstantiae uitium est.

Prudentia urbes bene gubernat ac domat nec cantilenis, nec modis regitur probè.

Mederi maleuolis potius quàm ulcisci, prudentia est & ciuilitas.

In bello plus habet momenti unus uerè prudens & cordatus, quàm turba imprudentium. fit enim sæpe ut cordati uiri auctores sint uictoriæ, soli quæ fortes habeantur.

Vnus uir cordatus potest hoc totum præstare quod reip. interest.

Est ubi loquendum sit seuerius, est ubi blandius, est ubi magnificentius, est ubi submissius, est ubi iucundius, est ubi durius id si fiat citra perfidiam, prudentia est.

Prudentis non est ob fortunæ successum intumescere, quum ipse sit nihilo maior.

In bello plus habet momenti prudentia solertia quæ, quàm uires consilij expertes.

Prudentis est naturæ suæ morbum agnoscere, & uitio materiam præripere.

Regnum quod beneficijs & beneuolentia tenetur, perpetuum est quod uero ui metu quæ, non est diuturnum.

Parentum est obiurgare liberos, sed intra domesticos parietes nec ea conuitia sunt eliminanda.

Solertia ac prudentia in consilijs plus habent momenti in imperatore, quàm uires in proelijs.

Est prudentiæ infido diffidere, donec periculum feceris.

Tutissimus est murus prudentia, neque enim collabatur nec proditur.

Oculi prælucent toti corpori, nec ulla est uirtus absque prudentia.

Vbi plus est periculi, ibi maior adhibenda est cautio.

Hæc est præcipua pars boni consultoris, dispicere non solum

V

quid

quid per se optimū sit, sed quid pro tēporū ratione possit obtineri.

Fortitudo.

IO

APVD Lacedæmonios admirabilis erat malorum toleran-
tia, quæ si suscipitur ob res honestas, magnam promeretur lau-
dem. sin ob turpes, non solūm non meretur fortitudinis laudem
qui tolerat, sed hoc miserior est ac uir peior, quo constantius se
gesserit.

Non perinde refert quān numerosum militem educas in præ-
lium, at quān fortem & exercitatum.

Maiestas dignitasq; regia non uestium splendore, sed pruden-
tia ac fortitudine paranda est.

Non à militum numero pēdet uictoria, sed à fortitudine rei q;
gerendæ celeritate.

Magis refert quān fortes uiros habeat ciuitas, quān q̄ multos.

Viris fortibus non opus est mœnibus.

Ciuitas non eget mœnibus, quæ iuuentutē alit bellis idoneam.

Insignis est tolerantia, quæ ex hoste capitali reddit amicū
ac propugnatorem.

Non perinde refert ubi conflagas cum hoste, sed ut quān stre-
nuè se gerat dux aut miles in bello.

Fortius est diutinam seruitutem quanuis duram perferre,
quān morte finire dolores. multoq; sanctius est, quod docet So-
crates, non esse fas animam de corporis præsidio decedere iniuf-
su imperatoris.

Clypeus tuetur, sed gladius fortitudinis organum est.

Extremæ ignauia est tum non præstare fortem animum, cum
audacia spem præbet incolumitatis, timiditas autem nihil aliud,
quān certum promittit exitium.

Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit homi-
nem circumspectum.

Illi fortes non sunt, qui quouis modo uitam contemnunt sed
qui tanti faciunt uirtutem, ut huius gratia uitam alioqui caram
negligant.

Excellen-

Excellentiū uirorum est negligere cōtumeliam, quæ à palam
improbis proficiscitur, à quibus etiam laudari turpe.

Aliquid concedendum est uiris fortibus & de Rep. bene me-
ritis & bene pensat linguæ uitium, qui factis egregius est.

Ciuitas pro saxis ac mœnibus incolentium uirtute munienda
est, quos si iungat concordia, nullus potest esse murus in expu-
gnabilior.

Vulnus factum gladio fortitudinem arguit, at telo factum ca-
tapultæ, indiligentiæ signum est.

Nihil profunt munimenta, nisi uir fortis ea tueatur.

Pulcherrimum est inimicum suis ipsius armis opprimere.

Inertiæ genus est, de fortitudine Philosophorum more dispu-
tare, sed protinus factis exercenda uirtus, quæ paucis dogmati-
bus tradi potest.

Fortium uirorum est malè facere ijs, qui malo digni sunt, non
autem malè dicere.

Aduersus fortunæ procellas tuetur sapientem animus im-
pavidus.

Animus impavidus naturam pro lege sequitur, cui si repugnet
lex, eam contemnit.

Animus impavidus cupiditatum tumultus ratione compescit.

Non est fortitudinis, sed amentia semet in uitæ discrimen
conijcere.

Excelsi animi est, ingratitude non deterreri à studio bene-
merendi de omnibus.

Honestamors est, oppetere pro amicis liberandis.

Frequentior desperatio magnum robur addit animo, non mi-
nus quàm spes uictoriæ.

Prius esse debet homini, ut malo accepto medeatur, quàm ut
regerat in alterum.

Temeritatis est, non fortitudinis, subire periculum, ni ob cau-
sam grauem & honestam fiat.

Animi fortis est mortem contemnere, quoties aut inuita-

lis necessitas urget, aut caussa grauis & honesta suadet.

Egregium imperterriti pectoris est documentum in caussa honesta piaq; nec certam mortem perhorrescere.

Felicitas.

II.

NEMO appellandus beatus, nisi ad supremum uitæ diem peruenerit.

Tota hominis felicitas animi bonis metienda.

Felicitas honesto metienda.

Post hanc uitam felices erunt, qui hinc piè iusteq; uixerunt, non qui fictis ceremonijs fuerit initiatus.

Quidam ex contemplatione alienæ felicitatis suam exasperant calamitatem.

Qui feliciter absoluit uitam, huic nihil sinistri potest accidere, quod felicitatem ægritudine aliqua contaminet. At quibus res sunt secundæ, ij nihil magis optant quam diuturnam uitam.

Nihil est ad ueram felicitatem efficacius, quam uirtutem propter se amare, uitium propter se odisse.

Præcipua regum felicitas est, quod nulli seruiunt.

Infelix est felicitas quæ hominem reddit insolentiosem, eaq; non plausum meretur, sed lacrymas.

Iustitia.

12.

CVM iustitiam oporteat esse clementia temperatam, quoties nacta est grauem interpellatorem, & minus habet inuidia, & plus impetrat gratiæ.

Fortitudinis nullus usus est, nisi adsit iustitia.

Quid uerò fortitudine fuerit opus, si iustitia suum cuiq; ultrò reddens adfuerit?

Nihil ui præter æquum faciendum est.

Iustitia & æquitas maximè reddunt diuturnum imperium.

Nemo potest esse iustitiæ tenax, qui supra quam satis est, congerendi studio tenetur.

Iure agere uolentibus, non est opus armis.

Pro

Pro iniustis orare, fortassis humanitatis est. at exorari, est à iustitia deflectentis.

Qui magnis in rebus se iustitiæ cultorem haberi uelit, eum in paruis interdum illam uiolare oportet.

Gloria.

13

PRAECLARVM est non aliud uirtutis præmium ambire quam gloriam, nec pacem hosti uendere milite fraudato.

Fucis parata gloria, ut non est uera gloria, ita nec diuturna est.

Gloriæ studium amorem excutit uoluptatum.

Gloria uitæ anteponenda.

Honestius est uitam cum laude impendere patriæ, quàm cum dedecore poenæ.

Generosæ mētis est, laudis potiùs honore teneri, quàm pecuniæ.

Ingenui pudore et laudis amore melius ducuntur ad honesta.

Laus præmium est rectè factorum, & ea demum opitulans gratia est, quæ adfertur in ipso discriminis articulo.

Patriæ potiùs nascimur quàm gloriæ.

Non uidendum an gloriæ satis, sed an patriæ satis uixerimus.

Viri fortes gloriâ, uirtutis præmio contenti sunt.

Parum illustris est, qui præter imagines & cognomen nihil habet ueræ nobilitatis.

Excelsi animi est, quum præclara gesseris, gloriam contemnere.

Vt umbra corpus sequitur, sic uirtutem gloria.

Primum oportet esse curam factorum. gloria nanque ultrò consequitur.

Eximiam uirtutem sponte suum consequitur decus. Nec ulla speciosior statua, quàm honorifica benè actæ uitæ memoria.

Præclarum facinus gestum, monumentum est eius qui gessit.

Quisquis laudat uictum, uictoris gloriam illustrat.

Egregiorum meritorum conscientia magnam homini præstat fidem.

MANSVETVDIMEM cum iustitia oportet esse con-
iunctam in principe.

Est quidem præcipua uirtus in principe comitas & mansue-
tudo uerum ob malum ingenium hæc ita temperanda est, ut prin-
cipi sua constet auctoritas.

Principis in facinorosos lenitas quid aliud est quam in bonos
crudelitas?

Erga improbos mansuetudo nimia inutilis est ciuitati.

Barbaricæ feritatis est in prostratos sæuire.

Ita temperanda est clementia, ne nobis sit exitio.

In colloquijs adhibenda est sermonis comitas.

Comitatis est benignè polliceri sed quoniam omnibus opera
prestari non potest, eligendi sunt quibus illam impertias.

Potentia clementia comitateq; fit diuturna, ferocia breuis.

Non uerè uictor est, qui iracundiæ uindictam flagitanti fre-
num nescit imponere.

Beneuolentiam maximè conciliat benignitas.

Ira contentioq; melius soluitur blandis uerbis & benignita-
te, quam repugnando.

Sobrietas.

15.

BONO stomacho satis est obsonium esse coctum, etiam si
nihil accedat deliciarum.

Non est dignus nomine Romano, qui plus appetit, quam quod
ad uictum frugalem satis est.

Immodicè bibere, quouis loco turpe est.

Sobrietas salubrium consiliorum est parens neq; enim uino si
ad consultandum sunt idonei.

Facillimè uiuit, qui paucissimis contentus est.

Fames & sitis optimè condit omnia.

Qui paucis ac necessarijs contentus est, sibi facit uilem an-
nonam.

Expe

Expeditissima est ratio augendi census, detrahere sumptibus.

Tenuè prandium optimè condit coenam.

Optimum condimentum est fames.

Ebrijs omnia in gyrum uersari uidentur.

Studium ac uictus persimonia pallorem conciliant homini.

Sobrietas in primis decet principem.

Victus moderandus est non ex rerum copia, sed ex usu ac necessitate naturæ.

Lacedæmonijs nulla non in re placebat simplicitas atque frugalitas.

Nihil similius est insano quàm ebrius.

Verecundia.

16.

PUDOR ut multis ad honestas actiones obstat, ita nonnunquam improbæ mentis homines à turpibus reuocat.

Pudor, uirtutis tinctura.

Probis uiris ubique placet uerecundia.

Honestæ formidolositas est, quæ à turpibus deterret.

Rubor probam indolem arguit, pallor non item.

Inutilis est uerecundia quæ obstat quo minus negemus obsequium ad inhonesta uocanti.

Pudor teneram ætatem optimè deterret à peccando, qui nusquam non adest, si quis reuereatur seipsum.

Bonorum probrum est, uirum probum egere necessarijs.

Pudicitia.

17.

PRIMA laus pudicitie matronalis est, nulli notam esse, præterquam suo uiro, qui cum cubat.

Sat dotata uenit puella, quæ pudicitiam & honestos mores secum adfert.

Virgines nullo cultu meliùs ornantur quàm simplici.

Obedientia.

18

IMPERARE & parère imperio, ars omnium pulcherrima, quæ duæ res à ciuibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam.

V iij

Nob

Non sunt gerendo magistratui idonei, qui legibus ac magistratibus nesciunt obsequi.

Parere dicitur, qui quod didicit optimum esse factu, facit.

Moderatio & mediocritas.

DECET eum qui multa possidet, non pro libidine, sed pro ratione uiuere. 19.

Pernitiosae sunt diuitiae, ni adsit animus diuitijs superior, qui possit earum usum non ex copia, sed ex necessitate moderari.

Admirabilis Leonidae moderatio fuit, qui uati tristitia nuntianti non tantum non succensuit, ut principum uulgus solet, sed et uitae & famae eius consultum uoluit.

Hic temperantia adhibenda est, ut princeps nec amicos alienet tyrannica saeuitia, nec patiatur illos regia familiaritate abuti ad quiduis audendum praeter ius, aduersus plebeios, qui nimium iritati saepe Reges suos excusserunt.

Satis uindictae est, quod licet cum libet ulcisci, cum illis nihil aliud reliquum sit quam male loqui. Moderata uitae cura calcar addit ad fortiter agendum, & immodicus mortis pavor ab egregijs factis deterret.

Quae moderata sunt, in longum tempus durant, & hoc ipso meliora sunt.

Non est tutum eos maledictis irritare, quibus in manu est cum uelint re ipsa laedere.

Hoc non solum moderationis & clementiae, uerum etiam eximia cuiusdam magnanimitatis est documentum, ingratorum sibilos regem negligere.

Nihil aure tyranni uiolentius apud bonos etiam principes admonendi libertas uerbis placidis est temperanda.

Calor aetatis uix finit iuuenes seruare modum.

Mediocritas in omni re est optima.

Quod excedit modum tamen si uitiosum est, tamen ad excitandam aliorum socordiam conducibile est.

Tutissim

Tutissimum est mediocribus, ac parabilibus delectari.

Innocentia.

20.

NON MISERI sunt, quibus præter meritum incolu-
miq; innocentia accidit aliqua calamitas sed ij uerè deplorandi,
qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiamsi nulla sequatur ca-
lamitas.

Certiùs innocentiae signum est, ita rem gerere, ut nemo uelit
accusare, quàm si postulatus elaberis è iudicio. Elabuntur inter-
dum & innocentes at qui absoluitur, licet pœnam effugiat, cicat-
ricem tamen criminis circumfert.

Innocentem punire scelus est. culpam interdum condonare in-
gratiam honesti deprecatoris, humanitas est.

Expedit ad bonos mores, ut in iudicijs succumbat prauitas, uin-
cat innocentia.

Æqualitas.

21.

Æqualitas, pacis & tranquillitatis est altrix. inæqualitas
uerò seditionis seminarium.

Æqualitas & ad frugalitatem & ad concordiam in primis
conducit.

Æqualitas occasionem murmuris excludit.

Malus ciuis ille est, cui non satis est id quod ceteris satis est.

Inter quos est æqualitas, & ex æqualitate concordia, ij tutio-
res sunt ab hostium incurso.

Amicitia.

22

AMICITIA est animorũ coniunctio, quos nõ dirimit locus.

Non est aliquid amicis quibus fidimus committendum, quod se
effutiant, pariat nobis infamiam.

Hostes in hoc utiliores nobis sunt quàm amici, ut errata nos-
tra cognoscamus, & cognita corrigamus.

Insolenter utentes rebus prosperis amici destituunt.

Aliquousque amicis gratificandum est, sed citra uiolationem
religionis.

V S

Quem

Quemadmodum non quæuis damus omnib. ita spectandum est, cui in qua causa gratificemur.

Nimia amicitia causam aliquando dat odio.

Nulla possessio melior est, quam amicitia.

Simultatem oportet morte finire, amicitiam non item.

Amici admonendi non modo manifestè, sed cum quadam acrimonia.

Amicitia nõ reperta est ad reprehensionem, sed iucunditatem.

Non utilitatis causa amicitia expetenda est.

Qui commodi gratia sunt amici, sublata commodi spe deserunt amicitiam.

Non rectè amat uxorem, qui corpus amat potiùs, quam animum.

Sic amat tanquam osurus, & sic oderis tanquam amaturus.

Amicis minari, parum est humanum.

Rebus prosperis aduolant quilibet etiam minùs amici qui uerò adsunt reflante fortuna, hi uerè sunt amici.

Reuerentiæ comes est amor, metus odium.

Vt illis statuas faciendas committimus, a quibus uidemus aliquot statuas eleganter factas: ita non sunt in amicitiam admittendi, nisi quos cognouerimus erga alios præstitisse fidos & utiles amicos.

Maior utilitas est à fidis amicis, quam à uasis & plus damni est nisi deligas.

Non fucanda facies, sed animus honestis studijs exornādus est: hæc enim forma ueros conciliat ac perpetuos amicos.

Nullum est grauius testimonium, quam inimici de inimico.

Amici plerunq; obstant, ne liceat ubiq; rectū clauum tenere.

Amicos secundæ res parant, aduersæ probant.

Instabiles quorundam sunt amicitia, qui consequuti quod uolunt, negligunt amicum: ijdem dum sperant, obseruiunt.

Amicus ab amico quod est iniustum non debet petere.

In amico fido diffidere, prudentiæ est.

De amico humanius est bene sperare, quàm diuinare peiora.

In rebus afflictis potissimum fidis amicis utendum est, qui uel re opitulentur, uel consolando molestiam mitigent.

Non satis est, si comites nos præbeamus amicis, sed comitati comes est adiungenda benignitas.

Inconstantes & perfidi amici sunt, qui amicitiam commodo metiuntur, cuius spe adempta, protinus ab amicitia recedunt.

Reuerentia cum amore coniuncta est. Metuimus autem illos maximè quos odimus. Hæc puero maximè debetur.

Quisquis docet, admonet, instituitq; ad uirtutem adulescentes, utiq; amat, atq; is demum uerus est amor. Nam qui uulgò dicuntur amare, suum uenantur commodum, cum incommodo adamati.

Vulgatum est, neque solem, neque aquam, neque ignem magis utilem esse hominibus, quàm amicos. Sed ingenij philosophici est, quemadmodum periti medici ex bestijs ac serpentibus noxijs utilia quædam remedia colligunt, ita ex inimicorum odio decerpere aliquid quod uertat in suum bonum.

Grauius lædunt amici, qui expiscantur arcana.

Arctiora sunt uirtutis uincula quàm sanguinis. & omnis bonus bono proximè cognatus est, ob animorum similitudinem.

Amicitia facit omnia communia.

Non est bonus amor aut sincerus, nisi quem conciliat uirtus.

Is uerè & constanter amat, qui iudicio amat.

Illi ex animo suo amici, qui principem magis amant quàm timent.

Consilium.

23.

IN consultationibus non solum quid sit pulcherrimum, spectandum est, sed quid fieri potest.

Inconsulta consilia nonnunquam feliciter cedunt.

Consultius est se non committere periculo, quàm dare operam,

ram,

ram, ut ingressus periculum temet expedias.

Non præcipitanda sunt consilia, sed moribus senilibus utendū.

Non semper tutum est regibus optimum dare consilium.

Omnes ægrotis damus recta consilia: sibi uerò pauci consulunt.

Ad bene consulendum non refert quàm sis uocalis, sed quàm opportuna suadeas.

In bello plus habet momenti prudentia solertiaq; quàm uires consilij expertes.

Eloquentia.

24

VT fabula nonnunquam exploditur uitio histrionis, ita sepe melior causa uincitur à peiore, patroni infantia stultitiæ.

In teste spectatur fides, in patrono eloquentia.

Actori uoce opus est, quæ uincat multitudinis fragorē orator talis esse debet, ut populus ipsū ultro tacitus et attētus auscultet.

Ars.

25

est.

ARS omnis ut à naturali simplicitate recedit, ita dolo affinis

Quæ per se tristia sunt, ea decet arte exhilarare.

Prorsus contemnendum est imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abunde magnum præmium sit ipsa conscientia.

Quam quisque nouit artem, eam canat licet.

Principum est ignominia, non artis, si caret suis præmijs.

Ex minimo uestigio artifex cognoscit artificem.

Cito nata cito pereunt: diu elaborata ferunt etatē. rimum.

Consultū est, unūquenq; in ea se arte exercere, in qua ualet plu-

Quæ natura deformia sunt, plus habet & artis & uoluptatis in tabula.

Illud potiùs artis est, quæ magna sunt ita tractare, ut auditori quoq; magna uideantur, & contrà.

Nemo rectè de artificio potest iudicare, nisi artifex.

Ex minimo artificio agnoscitur artifex.

Artes bonæ ubiq; sunt in precio, nec possunt à fortuna eripi.

OY40

Oratio.

26.

VT in nummo non spectatur elegantia sculpturæ, sed pondus ac materia: ita non refert quàm sit elegans oratio, sed quàm grauis & utilis.

Loquentis orationem commendat forma, rursusq; oratio composita gratiam addit formæ.

Animo ægrotanti medicus est oratio.

Auctoꝛitas.

27.

MAGNO obuioq; lucro auctoꝛitas est anteponenda.

Primum auctoꝛitas ac fama tardè paulatimq; nec sine negotio paratur: at qui iam innotuit, facile magnã assequitur laudem.

Beneficium.

28.

BENEFICII accepti meminisse, dati obliuisci oportet.

Ingratitudo erga bene meritum morte plectenda.

Beneficij memoria breuissima, at iniuriæ solet esse tenacissima.

Benefacta benefactis addenda sunt: ne si desinamus benefacere obsolescat priorum benefactorum memoria.

Senectus.

29.

SENIBVS ita uiuendum est, ut adolescentibus exhibeant rectè uiuendi formam.

Peculiaris querela est senibus de rebus in deterius prolapsis.

Senectus multis nominibus uulgo malè audit.

Non præcipitanda sunt consilia, sed moribus utendũ senilibus.

Optimum est uiaticum ad senectutem eruditio.

Magna pars incommodorum, ob quæ uulgo malè audit senectus, ab intemperantia uitæ profiscitur.

Iuuentus.

30.

ÆTATEM teneram optimè deterret à peccando pudor: qui nusquam non adest, si quis reueretur se ipsum.

Iuuenili ætati remedium adhibendum est pro supplicio.

Quemadmodum tinctorum eum potissimum colorem inducunt.

quò

quò uident homines maximè delectari: ita iuuentus ad ea studia potissimum incumbit, quibus populus defert honores.

Iuuentus corrumpitur si permittatur otio, luxus ac malorum omnium magistro.

Magna res est, iam inde à teneris uirtuti assuescere.

Quæ profunt iuueni, nocent seni: et contrà quæ iuuant cœlo tepido, lædunt frigido.

Si adolescentes malè morati euadant, id primæ ætatis formatoribus potissimum imputandum est.

Sapiens.

SAPIENS non nisi cùm res postulat, pluribus uerbis quàm opus sit utitur. 31.

Fallit tragœdia tractans argumenta conficta, sed adeò scitè ut uera credantur iustior autem ille uidetur qui fallendo prodest: & sapientior est, qui per fictas fabulas discit quid sit turpe, quid sit honestum.

Vir eruditus ac sapientia præditus, non perit nisi graui Reip. dispendio.

Pro uarietate occasionum uir probus & sapiens sæpenumero cogitur mutare consilium, quum scriptura nunquam mutetur.

Sapiens uates est optimus.

Nulla mœnia tam sunt munita, quàm machinis aut suffossionibus, aut, ut nihil horum, prodicione cupiantur: at sapientis decreta sunt inexpugnabilia.

Sapienti nihil peregrinum esse debet, nisi quod cum uitio sit coniunctum.

Silentio stultitiam tegere, est pars aliqua sapientis.

Sapiens secum in pectore circumfert, quo se commendet quibuslibet.

Insipientis est, dolere amissis potius, quàm gaudere relictis.

Memoria.

NON expetenda est honorifica memoria, nisi rectè factis promerita est. 32.

Tantum scimus, quantum memoria tenemus.

Facile meminimus quæ uolumus, at non licet obliuisci quæ uolumus.

Tenacissima est iniuriæ memoria, at beneficij breuissima.

Veritas multis uerbis non eget & rectius meminimus quæ paucis uerbis comprehensa sunt.

Memoria hominum est adeò labilis, ut ægrè reperias duos, qui quæ simul audierunt, eodem modo referant.

Patria.

33.

EGREGIE inculpatus est, cui nihil obijci potest præter patriam.

Nemo patriæ parem refert gratiam, etiam si uitam impēdat.

Non tam refert unde natus sis, sed qui sis.

Patriæ potiùs nascimur, quàm gloriæ.

Non infimum erga Remp. est meritum, si non solùm ipse te præstiteris egregium uirum, sed aliquem tibi similem gignas educesq; patriæ.

Non uidendum, an gloriæ satis, sed an patriæ satis uixerimus.

Urbis libertas est uita carior nec turpiter occumbit, qui pro patria pugnans moritur.

Patriæ periclitantis potiùs habenda est ratio, quàm priuati incolumitatis.

Reip. subleuandæ curis immori pulchrum est, at patriam in extremo discrimine nostra cessatione deserere, turpissimum est.

Respublica.

34.

RESPUBLICAE nullo munimento tutiores sunt quàm uirtute ciuium.

Publica utilitas anteponenda est odio priuato.

In Rep. bene instituta omnia proficiunt in melius.

Ani mi robur & uis naturæ magno usui possunt esse Reip.

Vnicuique pluris facienda est utilitas communis quàm propria.

Quis

Quisquis alienam Remp. uehementer adamat, suam quodam modo uituperat.

Ea Reip. species non est utilis ciuitati, quam nemo uelit esse in sua familia.

Respub. duabus rebus continetur, premio & poena.

Respub. malè morata est, ubi licet impunè maledicere nihil mali commeritis.

Tempore pacis magis quàm belli, Reip. uiget auctoritas, ut àus habeat decernendi, quod ad tuendam ciuitatis tranquillitatem censuerit conducere.

Qui sunt iracundioris ingenij, ad disciplinas quidem idonei sunt, ad gerendam Remp. non item.

Multò absurdius est, ei commendari Remp. qui gubernandi artem non tenet, quàm si asinum pro equo adhibeas aratro.

Priuata similtas posthabenda est Reip. commodis.

Non infimum erga Remp. est meritum, si non solum ipse te prestiteris egregium uirum, sed aliquem tibi similem gignas educesq; patriæ.

Hoc præcipuum hucus est omnium Rerumpub. quod omnia munia per uicarios administrantur, interdum alteros ac tertios.

Priuati affectus utilitati publicæ posthabendi sunt.

In omni negotio magni refert quales sunt, quibus gerendæ rei creditur auctoritas.

Publicæ saluti priuata incolumitas est postponenda.

Reip. corruptela nõ alia ex re magis nascitur quàm ex delictis.

Qui præclaros uiros eiiciunt è ciuitate, Remp. ledunt potius, quàm eos quos expellunt.

Inutile est Reip. subinde mutare duces, sed satius est, quem idoneum ac fidum nactus sis, eum non mutare.

Non potest consistere Respub. ubi non est honos uirtuti, nec poena scelerosis.

Reip. dignitas præferenda est priuato commodo.

Lex.

35.

IN

IN Rep. bene instituta suprema auctoritas est legibus defendenda: nec ulli magistratui fas est quidquam contra leges publicas tentare.

Non aliunde florent Resp. quàm si legum uigeat auctoritas. Ibi tyrannis oriri non potest, ubi ex arbitrio priscarum legum geruntur omnia.

Norma coniugis uir est, quæ rectè uiuit, si illa publicis legibus obtemperet.

Negotium quod pro legibus ac iure suscipitur, oportet omnino carere iniuria.

Legibus conuenit auctoritas in homines, non contra.

Multò pulchrius est ac difficilius, regnum rectis legibus sanctisq; moribus exornare, quàm armis regnum regno addere.

Qui contra leges aliquid admiserit, non conuenit ut regi opituletur.

Leges non omnia præscribunt: at uirtutis regula docet ubiq; quid sit honestum, quid turpe.

Qui legibus ac magistratibus nesciunt obsequi, non sunt gerendo magistratui idonei.

Vbi summa est legum auctoritas, ibi est minimum tyrannidis.

Quisquis uiolat leges, nõ unum ciuem lædit, sed totam Remp. quod quidem in ipso est.

Princeps.

36

PRINCIPI non minus indecorum est & perniciosum, ab inhonestis institui, quàm nasci.

Principi non quælibet artes discendæ sunt, sed hæc duntaxat, quæ tradunt rationem rectè administrandi regnum.

Principi non omnes litteræ conueniunt, sed eæ quæ politice tradunt aut ethice, quæq; rectè ac secùs gestorum exempla com- monstrant, id quod facit historia.

Domini tantum timentur à seruis, quo mali metu coerceantur, quos non corrigit pudor. Pater quoniam liberis consulit potius

X

tius

tius quam sibi, diligitur ab illis, sic ut auctoritatem comitetur reuerentia. Aduersus hos adeo non est opus satellitio, ut non aliud sit satellitium fidelius illorum stipatu. Quod si rex beneuolentia ac benefactis adiungeret sibi ciuium animos, non esset opus barbarico conductitioq; satellitio, sed nullos haberet corporis sui custodes tutiores quam ciues, erga quos patris gereret affectum. Porro quibus placet hoc dictum, Oderint dum metuant, nullos magis habent suspectos, quam quibus oportebat maximè confidere ac multos metuat oportet, quem metuunt multi.

Principis est, non mollitie delitijs ue, sed temperantia ac sapientia priuatis hominibus antecellere.

Principem facere quod ab alijs fieri uelit, genus efficacissimū est exhortationis.

Bonus Imperator legum imperatis parere debet.

Imperatoris officium est, erga rebellantes audacia, erga subiectos beneuolentia uti.

Rex ueluti legum est architectus.

Non conuenit ut regi opituletur, qui contra leges aliquid admiserit.

Multo regalius est condere urbes, quam conditas demoliri.

Breuiloquentia principem decet & Laconem.

Quod decet plebeium, non semper decet principem.

Multum habet momenti principis integritas, sed multo plus ciuium recta institutio.

Regem nasci nihil magni est, at regno dignum se prestare, maximum est.

Gloriosius est regnum uirtute partum, quam si hereditate obuenerit.

Bono principi nihil iucundius est ciuium concordia: at tyranno nihil formidabilius.

Quemadmodum qui medendi est imperitus, non ideo medicus est, et si uulgò medicus appellatur: ita non statim princeps est, aut magistratus, qui populi suffragijs declaratus sit, nisi artem guberna

gubernandæ ciuitatis nouerit.

Qui fauentibus uult uti ciuibus, ad multas iniurias conuiendum est.

Plurimum utilitatis ex principum sapientia nascitur.

Quidquid pugnat cum legibus, hoc uelut insciente principe tentatum haberi decet. cum ipse nihil aliud sit quam legum minister.

Vbi reges non nascuntur, sed ciuium suffragijs eliguntur, hoc ipso publicis calculis princeps iudicatus est ceteris melior, quod ad regnum adscitus est.

Nemo principatum debet suscipere, nisi melior sit his, in quos suscipiat. Debet enim princeps uirtute præcellere ceteris ciuibus, quibus præest.

Nihil principi magnificentius, quam si ditionem quam accepit, reddat statu meliorem.

Decet principis auctoritatem sartam tectam ubique præstare.

Quemadmodum Deus unicus totius mundi monarcha, malis genijs ac impijs hominibus nonnunquam abutitur ad utilitatem Ecclesiæ. Ita principes cordati norunt & probis & improbis uti non quod ipsi per malos aliquid mali faciant, sed quod per malos puniant malos.

Turpissimum est regi, uacare unquam à Reip. negotijs.

Principibus in priuatis offensis debet esse satis, potuisse ulcisci.

Is optimè ducis nomine fungitur, qui res hostium quam maximè cognitas habet.

Est principis munus unicum alijs prospicere, & publicis consulere commodis.

Tum maximè principi inuigilandum, cum populus maximè indulget genio. neque oportet unquam principem genialiter uiuere.

Solertia ducis non solum terrorem eximit animis militum, uerum etiam commoda interpretatione addit alacritatem.

Nomenclatorum laus est, quàm plurimos nosse. at egregij ducis est, ob egregia in Remp. merita, nulli ciuium ignotum esse.

Præstat principem è Philosophiæ præceptis haurire sapientiam potius, quàm experimentis, ut uocant, miseram colligere prudentiam.

Regi nihil prius aut carius esse debet probis ac fidis amicis.

Principe dignius est, honorem & opes eorum quibus imperat augere, potius quàm imminuere.

Non minus cogitur princeps obseruire populo, quàm populus principi nisi quòd princeps id facit cum dignitate. alioqui reuera mutua seruitus est.

Vt nulla re melius constabatur imperium quàm ciuium beneuolentia. ita difficillimum est iam regnum administranti, erga quoslibet esse humanum. non solum quòd regia potestas opposita sit inuidiæ, uerumetiam quòd Resp. non possit esse incolumis, nisi scelera supplicijs coerceantur.

Præcipua regum debet esse cura, ut cognoscendis causis uiros præficient incorruptos.

Non tam magnum est regnum adipisci, quàm promeruisse.

Imperatoris est, ciuium multorum salutem suæ unius antepo- uere incolumitati.

Regibus temperanda est humanitas erga ciues, ut interim regiam tueantur auctoritatem.

Præcipua regum ars est, nullum reiicere, sed ad publicam utilitatem omnium operam accommodare.

Est animus principis uerè philosophicus, qui nouit etiam ex inimicis capere utilitatem. nec, quod uulgus solet, hoc tantum spectare, ut maledicos afficiat malo, sed ut ipse minus malus reddatur, illorum maledictis admonitus.

Pulchrius est, bonū præstare ducem, quàm quemuis militem.

Regi nihil beneuolentia firmitus aut munitius esse potest.

Regnum armis & austeritate frequenter paratur, sed non nisi honesta opinione ciuiumq; beneuolentia retinetur.

Magni

Magni refert ut
Multum regis ha
Rex non honesti
Bonus princeps
et quid quid ciues pop
Ad priuatas inuicia
tulum in ijs que Re

BELLVM non
partum, uirtute tue
Cum multis pugna
Virtute propagan
Graue document
luxu delitijsq; uel
Nemo idoneus est
multa præter bonum
Philosophia uel im
Imperator per om
et domesticis deliti
Nihil difficultius qua

PRAESTAN
ere libertatem.
Nemo liber, qui ser
Nullum imperium
in possit imperare.
Nulla uoluptas uiri
Vbi regnat luxus, ibi
Libertas urbis est u
patria pugnantis moritur
Quonia moriedi po
morti contemnit, habe

Magni refert ut bonus princeps quàm diutissimè uiuat.

Multum regis habet, qui scitè regis personam potest gerere.

Rex non honesti iustiq; regula, sed honesti iustiq; minister est.

Bonus princeps, qui magis à suis diligitur quam timetur, habet quidquid ciues possident.

Ad priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscendum in ijs quæ Remp. lædunt, decet esse seuerum.

Imperium.

37.

BELLVM non nisi iustè suscipiendum, imperiumq; uirtute partum, uirtute tuendum.

Cum multis pugnet oportet, qui multis uult imperare.

Virtute propagandum est imperium, non dolis aut pecunia.

Graue documentum uniuersis, imperia uirtute parari auaritia, luxu delitijsq; uel perire, uel uerti in tyrannidem.

Nemo idoneus est magistratui, qui non potest dissimulare multa præter bonum & æquum facta.

Philosophia uel imperium non tollunt affectus.

Imperator per omnem uitam in Reip. negotijs uersari debet, nec à domesticis delitijs ad imperium accersi.

Nihil difficilius quàm bene imperare.

Libertas.

38.

PRAESTANTIVS est, suam seruare, quàm alijs adimere libertatem.

Nemo liber, qui seruit cupiditatibus.

Nullum imperium speciosius & liberius, quàm si quis animo suo possit imperare.

Nulla uoluptas uiris ingenuis suauior est libertate.

Vbi regnat luxus, ibi libertas diu non potest esse.

Libertas urbis est uita carior, nec turpiter occumbit, qui pro patria pugnans moritur.

Quoniã mori edi potest atq; nullus hostis potest eripere, quisquis mortem contemnit, habet quo cum uult semet in libertatem asserat.

X 3

Pessia

*Pessimus est Imperator, qui sibi non potest imperare.
Liberi non sumus, quando alicui consulimus utilitatis, aut alicuius rei gratia.*

*In ciuili confesso cuiq; liberum est quæ uidentur dicere.
Non est uerè liber, nisi cuius animum spe metuq; liberauit sapientia.*

Inhumanitas est, si princeps nihil indulgeat amicis ac familiaribus. Sed perniciosum est, illis licere quicquid libet.

Is uerè liber est, quem Philosophia liberum facit.

Pestilentissimum genus est adulationis, sub libertatis imagine blandiri.

Hæc non minima laus est seruorum, nolle fugere, si liceat: at nolle tyrannicam seruitutem commutare libertate, si detur oportunitas, animi seruilis est.

Omnibus regibus natura inuisa est populi libertas.

Seruus est qui suis cupiditatibus imperare non potest.

Libertas bene magno emitur, nec sine negotio seruatur.

Qui seruit uitij, uerè liber non est dicendus.

Qui multis eget, liber esse non potest.

Ibi iustitiæ locus non est, ubi ut quisq; potentior est, ita licentius opprimit imbecillio rem.

Non uerè liber est quisquis ingenuus natus est.

Nihil beatum, si absit libertas.

Libertas quamuis inops, omnibus diuitum delitijs præferenda est, ubi ipsa minuitur.

Fama.

39.

F A M A uelut odor quidam est hominis.

Insanus est, qui pro nihilo habet quæ sit opinione apud suos.

Honestius est fama quam pecunia ditescere.

Lacturæ rei facillè sarciri potest: fama cõtaminata uix unquam diluitur.

Qui loquitur quæ sunt optima, & facit quæ honestissima, famam honestam habebit.

Eximiam

Eximiam uirtutem honesta fama ultrò comitatur at generosis animis amor laudum ueluti stimulus ad præclara facinora innatus est.

Satius est ad parandam honestam famam, unum quiddam insignè prædicere, quàm de friuolis quibuslibet diuinare.

Præstat uno opere edito, sed egregio, parare famam eruditionis, quàm minùs accuratè scribere de singulis.

Regium est, cum benefacias, malè audire.

Primum auctoritas ac fama, tardè paulatimq; nec sine negotio parantur at qui iam innotuit, facilè magnam assequitur laudem.

Urbis celebritas non nihil facit ad illustre nomen.

Sequitur fama fugientem, & ob id ipsum auidius expetitur, qui scholam uitat.

Exercitium & exercitatio. 40.

MODERATI labores corpora reddunt firmiora.

Exercitatio plus habet momenti ad honestatem, quàm natura.

Exercitia ad confirmandum corporis robur adhibentur, non ad exhauriendas uires.

Homini ingenium si exerceatur, ad res optimas est accommodum sin ad uitia degeneret, longè est infra mutas pecudes.

Inuita Minerua frustra laboratur rectè dicitur à doctis, exercitatio consummat eruditionem.

Honor. 41.

HONOR non auctoritati, sed meritis tribuendus est.

Honor non solum alit artes, uerum etiam uirtutem.

Honor est uirtutis merces & præmium.

Diuitiæ. 42.

POTENTES non oportet humiliorum dictis admodum commoueri.

Stultissimum est locupletes pugnare cum his, quibus non est multum quod eripiatur.

Diuitibus opus est multis præceptis, ut frugaliter uiuant, ut corpus exerceant laboribus, ne corporis ambitioso cultu delectentur, aliaque innumera, quæ omnia seipsam docet paupertas.

Immodicæ possessiones ut non sine negotio parantur, ita non absque lite perueniunt ad hæredes.

Hoc miserius egeni sunt diuites, quod non intelligant quam pretiosa, quam necessaria re careant.

Externis bonis homo nihilo fit melior.

Nihil est tam munitum quod auro non expugnetur.

Iniquæ sunt diuitiæ, quæ uirum reddunt deteriores: at fortibus uiris non est opus pecunia.

Si non facile parent salubribus monitis, qui successu rerum elati sibi felices uidentur.

Nulli uitio datur, ea sibi parare, quibus opus est si desint: nec hic spectanda est ætas, sed egestas.

Frustra parantur bona, si qui parauit, tueri nesciat.

Inter egenos habendus non est, qui bonas artes ac probos amicos sibi parauit, certissimum senectutis uaticum.

Diuitias comitatur luxus, luxus exit in tyrannidem, dum foenum migrat in cornua.

Opes ac nominis splendor conciliant inuidiam.

Mores.

43.

NON minus interest quos asciscas præceptores, quam quos nactus sis parentes. Etenim ut liberi referunt ferme maiorum ingenium unde pronati sunt, ita præceptorum uitia demigrant in eos, quos instituunt. Et honestæ uitæ institutio potissimum ab illis petenda est, qui uirtutem ipsis factis præstiterunt, non ab ijs qui compositis arte uerbis de uirtute nugantur.

Sola uirtus primum ac statim à teneris unguiculis discenda, nec ulla æui portio artibus triuolis danda, quæ ut in pueris habent

bent

bent ostentationem plausibilem, ita nec grandibus decoræ sunt, nec ad seria uocatis utiles.

Quemadmodum canes ad uenatum habiles reddit educatio, ita uiros bello & Reip. utiles reddit recta institutio.

Visum est Laconi ineptum, per omnem uitam de uirtute disputare, ueluti de re controuersa: cum oporteat à prima statim adolescentia habere certissima decreta de honesto impressa animo, & secundum uirtutem exerceri, non quærere quemadmodum faciunt Philosophi, qui magna contentione inter ipsos de summo bono ac malo digladiantur, ne in hoc quidem consentientes quid sit uirtus ac beatitudo.

Ne nobis quidem nobilitas, quam miratur hominum uulgus, ductumq; ab Hercule genus profuerit, nisi ea gesserimus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac per omnem uitam quæ honesta sunt & discamus & exerceamus.

Eruditi qui sunt, recte q; educati, probant quid pro ratione temporis expediat.

Satis est, ciues honestè fuisse institutos: hi sua sponte uidebunt, quid pro tempore facto sit opus.

Multum habet momenti principis integritas, sed multò plus ciuium recta institutio.

Si adolescentes malè morati euadant, id primæ ætatis formatoribus potissimum imputandum est.

Mores sunt uulgarium, ut alienæ inuideant, suam autem deplorent sortem.

Suadet loquentis uita, non oratio.

Non absq; discrimine mores ciuitatis corruptæ uitij ad meliorem frugem reuocantur.

Quemadmodum plantæ ac semina, sic hominum mores ad regionis habitum immutantur.

Matronæ nihil pulchrius, nihil pretiosius, quàm liberi rectè educati.

Quemadmodum laudi est, apud Barbaros natum Græcorum
disciplinas scire, ita turpe apud Græcos natum ad Barbarorum
mores degenerasse.

Nemo alienis factis dehonestatur, sed suis quisque moribus
æstimandus est.

Mentis integritati corporis etiam habitum & cultum oportet
congruere.

Multa bene nata ingenia pereunt vitio instituentium.

Sic est multorum ingenium, ut si desint inimici, in quos natu-
ra malitiam exerceant, amicos impetant.

Eruditio perniciofa est, si in animum incidit prauis affecti-
bus corruptum, & quo quæque disciplina sanctior, hoc fit perni-
ciosior, si contigerit improbo.

Qui tam prauo sunt ingenio, ut eos irrideant, qui de ipsis be-
ne meriti sunt, grauius nocent, si quis illos malefactis prouocet.

Regium est, cum benè facias, malè audire.

Non habendi pro liberis sunt, qui degenerant à parentum in-
stitutione.

Quales nascantur liberi, nulli in manu est, at ut recta institu-
tione euadant boni, nostræ potestatis est.

Qui natura probus est, ubique & apud omnes probus est.

Es sermonis procatia colligitur & morum impudentia.

Generosa indoles si accedat institutio magno bono est patriæ,
sin aduitia degeneret, magnum adfert malum.

Naturæ beneficio uiuunt & ignauissimi, at honestè mori non
contingit nisi uirtute præditis.

Maxima pars incommodorum, ob quæ uulgò malè audit sent-
entus, ab intemperantia uitæ proficiscitur.

Res efficax est natura, sed potentior est institutio, quæ ma-
lam naturam corrigit.

Res uerbis anteponebdæ.

44.

MULTO præclarius est res magnificas gerere, quàm ha-
bere

APOL
bere linguam ad ma
Quod per se rectu
ipia cussa boni
Quod si uquam lo
caussas adhibere
Res operum est uita
cipianis eget.
Reprehendendi sunt
omnis asperitate con
regni, re ledant per
vixi.
Malro præstatius e
Relius suo fungit
ndi.
Superuacaneum es
omnes prædicant.
In omni actione spe
Inertia genus est d
sed protinus fact
tradi potest.
EVENTVS ha
Fortuna non addit
Non omnia omnia
In tranquillissimis
spectat.
Tota belli fortuna
Fortuna sepe sua
MULTA sibi pr
Ingenia erecta no
Frequenter desper
quàm spes uictoria

habere linguam ad magnificè loquendum expeditam.

Quod per se rectum est & utile, non eget proluxa oratione.

Ipsa causæ bonitas facillè seipsam commendat.

Quod si usquam locus est loquacitati, eam oportet ad inhonestas causas adhibere.

Res operum est uirtus, non autem plurimis uerbis, multisq; disciplinis eget.

Reprehendendi sunt, qui cum re sint fideles, tamen officium orationis asperitate corrumpunt. his peiores sunt, qui sermone benigni, re lædunt. pessimi, qui uerbis molesti sunt, tamen factis noxij.

Multò præstatius est, res egregias gerere, q̄ gestas celebrare.

Rectius suo fungitur officio, qui ex animo facit, quàm qui metu mali.

Superuacaneum est in eo laudando sumere operam, quem uno ore omnes prædicant.

In omni actione spectandum decorum personæ.

Inertiæ genus est de fortitudine philosophorum more disputare, sed protinus factis exercenda uirtus, quæ paucis dogmatibus tradi potest.

Fortuna.

45.

EVENTVS homini non est in manu.

Fortuna non addit sapientiam.

Non omnia omnibus æquè feliciter cedunt.

In tranquillissimis rebus interdum existit periculum quod nullus expectat.

Tota belli fortuna pendet à uirtute prudentiaq; ducis.

Fortuna sæpe sua indignis largitur munera.

Spes.

46.

MVLT A sibi promittunt inania, qui spe ducuntur.

Ingenia erecta nõ desperanda, sed quod redūdat recidendū est.

Frequenter desperatio magnum robur addit animo, non minus quàm spes uictoriæ.

Victo-

PVLCHRVM est uincere laceffentes, ^{47.} præsertim hi
præfidijs, quibus hostes potissimum sese iactant.

Ad uictoriam plurimum momenti est in Imperatore
Victis solet esse solatio, uirtute præstantis uiri dextra cadere

Victoria magno emptæ, non est uictoria, sed calamitas: inter
dum enim felicius est non assequi, quàm nimio mercari quod ambis.

Vnius ducis ingenio uictoriam acceptam ferri oportet, non
uirtuti militum.

Moderanda est uictoria, nec sæuiendum in eos, qui contra fer
re arma desistunt.

Victoriæ spes extenuat omnia, quæ solent à bello detertere.

In bello prima ducum debet esse cura, ut quàm minima ciuium
iactura paretur uictoria.

Is longè inferior est, qui honesto uincitur.

Nulla speciosior est uictoria, quàm uirtute uincere.

Miles.

48.

NON perinde refert quàm multos educas milites in pro
lium, sed quàm strenuos & exercitatos.

Bonus miles institutione fit.

Facilius est nouum inuenire imperatorem, quàm nouum & ex
ercitatum militem.

Mendicitas ad omnem desperationem uocat armatum.

Turba militum, nisi adsit dux cordatus ac uigilans nulli est usus.

Periti bellatoris est, non minus scire fugiendi artem, quàm
pugnandi.

Ii demum utiles sunt bello milites, quibus decretum est in pro
lio aut uincere, aut mortem oppetere.

Nihil in bello præclaræ rei geret, cuius animum mortis me
tus occupat.

Militis non est dare consilium, sed ubi res postulat, bonam na
uare operam.

Bla

Bellum.

49.

Qui bellum susceperunt, oportet per omnia seruire belli necessitatibus.

In bello aut uincendum, aut fortiter occumbendum.

Metus mortis in bello, est res ignominiosa.

In bello plus habet momenti quales ducas milites, quam, quam multos.

Nullum negotium periculosius, quam bellum.

Pro patria pugnare, pulcherrimum est.

Cibo uinoque graues ad praelium non sunt idonei.

In bello non liberum est, quæ cuique uidentur, dicere.

Non est optandum bellum, sed nec in bello, nec in pace libertatem tueri licet, nisi mortis timorem abieceris.

Error in bello mors est.

In bello celanda sunt consilia principum.

In bello non refert quam multi sint duces, sed quam bello gerendo accommodi.

Maiore Reip. discrimine pacta uiolantur in bellis, sed illic quæque uiolantur ab his, qui domi consueuerunt fallere.

Pax bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellum instructi.

Sola animi bona non sunt bellorum uiolentiæ obnoxia.

Ad uictoriam plurimum habet momenti, si imperator strenuus, præsens regat exercitum.

Non est turpe fugere, quoties magis expedit hosti dare locum, quam conserere manus.

Iustitiæ leges non possunt tueri, qui ditionis ampliandæ gloriæ causa bellum inferunt alienis ciuitatibus.

Affectus priuati frequenter & ciuitates & regna bellis committunt ac pessundant.

Bellum non nisi iuste est suscipiendum.

Tota belli fortuna à ducis uirtute prudentiaque pendet.

Occidit

Pro tempore, proq; re nata uariandus est sermonis habitus.
Scriptura non mutatur, cum pro uarietate occasionum uir
probus & sapiens cogatur saepe mutare consilium.

Inimici per occasionem utiles sunt nobis, per quos non licet im-
pune securéq; negligentes esse.

Ira.

TUTUM est iram premere, ne prorumpat in uerba. 51
Ira contentioq; melius soluitur blandis uerbis & benignitate,
quàm repugnando. Ira est breuis insania.

Minus sui compos est ira, quàm ebrietas.

Probis etiam ingenijs adiuncta iracundia est, sed hoc uitium
tolerabile est, si celeriter ad se animus redeat, & pro ira ratione
in consiliū adhibeat. At si perturbatio penitus insideat animo,
ita ut excussa ratione feratur effræni impetu, certa perniciēs est.

Ira ad omnem functionem inutilis est & prouerbio, quoque
princeps iubetur & æqua & iniqua audire.

Error.

HOMINIS est peccare, at Dei aut hominis Deo proximi
emendare peccata. 52

Par est ut nos nostra ipsorum feramus errata.

In alienis erratis perspicaces sumus, ad sua quisq; lusciosus est.
Ex leuissimis offensis, si negligatur, nascuntur atroces tragediæ.

Error est immedicabilis, cū transit in habitū et consuetudinē.

Raris lapsibus danda est uenia.

Iuuentus facilius in errorem impellitur, quàm senectus.

Vulgus.

NIHIL imitari solet uulgus libentius, quàm quod à uiris
principibus conspexerit factitari. 53

Quid tam impium est, quod mortalium uulgus non admittat
ampli principatus gratia?

Quod decet plebeium, non semper decet principem.

Quæ recta sunt, semper paucissimis placent.

Vulgus

ADVERSVS

Vulgus hominum cupiditatibus agitur non ratione.

Apud Græcos cum certarent artifices, de his iudicabant artis expertes.

Vni nihil placet omnium, quæ vulgus uel facit uel dicit.

Vulgus hominum ea tantum approbat, quibus assueuit ab exoticis abhorret, non quia per se mala sint, sed quia peregrina.

Vulgò ingens probrum est, paupertas magna gloria, diuitijs per fas nefasq; partis abundare.

Otium.

54.

IGNAVIA pestis maxima est Reip.

Non est reprehendendum otium honestis rebus partum.

Qui per fas & nefas otium sectantur, uituperio digni sunt.

Otium in pace delicias alit, & omne flagitiorum genus.

Luxus & otium in iuuenibus stultitia est, in senibus uerò crimē.

Honestæ occupationes inutiles turpiq; otio præferendæ sunt.

Otium omnia mala docet adolescentes.

Iuuentus corrumpitur, si permittatur otio, luxus ac malorum omnium magistro.

Voluptas & Luxus.

55.

NIHIL seruilius abiectiusq; est, quam gulæ uentrisq; uoluptatibus obnoxium uiuere.

Inepta uoluptas est, magis delectari ipsa simulatione, quam natura.

Insaniam aufert medicus, uoluptas cum æquè mentem eripiat homini, uix sanabile malum est.

Oleum inunctum reddit corpus firmitus & iniuriæ patientius infusum in uiscera, delicatius ac segnius.

Luxu nihil turpius, libido pecudem ex homine reddit.

Voluptates uenientes fucata specie blandiuntur, abeuntes autem penitentiam ac dolorem relinquunt.

Ex priuatis affectibus ferè omnis humanæ uitæ punities nascitur.

Occasio.

56

ADVERSVS hostes nulla prætereunda est occasio.

LUXUS

Luxus ferè alit amorem, tempus omnia tollit, aut certè mitigat.

Luxus est maximus, naturam artificio corrumpere.

Vestium luxus arguit animum parum sobrium, & intuentium oculos ad libidinem sollicitat citiùs, quàm ad honestam opinionem.

Quàm optimè hoc natura comparatum est, ut hæ dueres se se inuicem comitentur, uoluptas ac dolor.

Voluptati inhonestè parata est comes pænitentia.

Fastidiose delicatus uidetur, qui inter uarias delicias cibum appetit uilem ac plebeium.

Vnguentum in homine arguit uitæ molliciem.

Non turpe est uti concessa uoluptate sed ei seruire deditumq; esse, in turpibus habendum est.

Amplecti uoluptatem, foeminarum potiùs est, quàm uirorum.

Homines proniores ad uoluptatem sunt, quàm ad uirtutem.

Nulla capitalior pestis hominibus à natura data est, quàm uoluptas nam ex hoc fonte prodit, quicquid est in hominum uita scelerum & calamitatum.

Ea delectant, quæ contingunt expetita quæ ultrò obijciuntur, non perinde iuuant.

Corruptela è muneribus. 56.

PECVNIA uincere, speciosum non est.

Qui Remp. administrant, tamen à capiendis muneribus non temperant, nec boni sunt uiri, nec tales habendi.

Insincerus fauor est, qui donis emitur quæ si minuas, ingens murmur, si tollas, seditio grauis oritur.

Iniuria. 57.

AD priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscendum, in ijs quæ lædunt Remp. decet esse seuerum.

Qui iniuriam faciunt, infeliciores sunt, quàm qui patiuntur.

Qui ueterem impunè fert iniuriam, inuitat nouam.

Iniuria

Iniuriæ memoria tenacissima est, at beneficij breuissima.

Infamia. 58.

TVRPITVDINIS alienæ species uelut in theatrum producta, deterret à uitijs, et ad uirtutem extimulat ingenia non omnino deplorata.

Remissa culpa, manet tamen prioris infamiæ uestigium.

Quò fedius est crimen, hoc tenacius hæret apud multos criminis suspicio, uel in innocentissimum.

Non est aliquid amicis quibus fidimus committendum, quod se effutiant, pariat nobis infamiam.

Improbitas. 59.

Extrema improbitatis est lincea, etiã illudere quos afflixeris.

Improbus est, qui scit beneficium accipere, nescit reddere.

Ex improbis conuictoribus nihil capitur nisi probrum & ignominia.

Magnæ felicitatis est ab improba muliere liberari.

Impunitas. 60.

IMPVNITATI nihil periculosius est, quæ semper ad deteriora inuitat.

Impunitæ iniuriæ exemplum omnibus iniuriam minatur. Etenim si liceat impunè ledere, quis tutus erit ab improborum uolentia?

Simultas. 61.

SIMVLTATEM exercere cum sepulto, indecorum est, ut in mortuum seuire.

Simultatem oportet morte finire, amicitiam non item.

Loquacitas. 62.

Ex multiloquio pleræque nascuntur incommoda.

Quidam hoc præclarum existimant, si nunquam sileant, cum id sit certissimum fatuitatis argumentum. ut contrã, silentium, ubi loquendi tempus non est, prudentiæ signum est,

Y Multis

Multiloquium non solum molestum est auditori, uerum etiam ad persuadendum inutile, praesertim apud principes, tum uarijs curis occupatos, tum auribus fastidiosis.

Peculiaris erat Lacedaemonijs uerborum paucitas unde ab ea regione breuiloquentia Laconismus dicitur.

Stolidi oratoris inanis loquacitas responso indigna est.

Frustra de his uerba fiunt, ad quae perficienda non suppetit facultas.

Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi sermone, quam caussa postulat, longiore, adeo nusquam non placebat frugalitas. Nam ad caussam non magnam adhibere superuacua rerum copiam, luxuriae genus est.

Effectu caret loquacitas taciturnitas aut certiora habet con Breuiloquentia ducem decet maxime.

Multa uerba nequaquam arguunt sapientem opinionem.

Equo effraeni nemo non metuit insidere at plus est periculi a lingua effraeni.

Est aliqua sapientis pars, silentio stultitiam tegere.

Indecenter is magnifice loquitur, cui uires non suppetunt orationi pares.

Nihil est uiolentius aure tyranni apud bonos etiam principes admonendi libertas uerbis placidioribus est temperanda.

Silentij tuta sunt fidi praemia.

Multis uerbis ueritas non eget & rectius meminimus, quae paucis uerbis comprehensa sunt.

Orationis expedita breuitas est probanda.

Ad caussam non magnam adhibere superuacua uerborum copiam, luxuriae genus est.

Prius cogitandum quid loquaris, quam lingua prorumpat in uerba.

Auersus nil male meritum audire maledicam linguam, iniuriae genus est.

Nihil oratione melius, si parca promas linguae thesaurum.

Nihil effutiendum est, si quid liberius dictum sit in conuiuio.

Malca

Maledicentia.

63.

Qui passim maledicunt omnibus, eos palam est id naturæ uiti-
tio facere, non ex eorum merito, quibus obtrectant.

Maledicentia contemnenda est, quæ non à iudicio, sed ab omni
morbo proficiscitur.

Aduersus nihil malè meritum audire maledicam linguam, in-
iuriæ genus est.

Turpiter obijcit alteri uitium, à quo ipse immunis non est.

Periculose maledicit alteri, cui uel idem, uel simile, uel diuer-
sum, uel deterius uitium potest obijci.

Res omnium rerum nocentissima est calumnia.

Sæpenumero accidit, ut qui alios insectantur, ipsi grauiori-
bus madeant uitijis.

Imprudenter in alterum uitium torquet, si in promptu esse
quod ipsi uicissim obijciatur.

Mendacium.

64.

MENDACII nomine continentur assentatores, ca-
lumniatores, infidi consiliarij, peruersi educatores, qui fontes
sunt ferè malorum omnium, quibus sursum deorsum turbatur ui-
ta mortalium.

Perfidia.

65.

NIHIL eis tuto credi debet, qui in patriam perfidi fuerint.

Stulte dubitat de peierando, qui facinus periurio par non du-
bitauerit committere. eoq; in atrocibus sceleribus nihil ponderis
habet iusiurandum nam quisquis audet dare uenenum, audebit et
cum periurio inficiari.

Inuidia.

66.

Qui auidè obtrectant alienæ laudi, magis produnt morbum
suum, quam detegunt mores alienos. Et qui ob res parùm hone-
stas laudant quempiam, aut ob laudabiles uituperant, indicant
stultitiam suam peruersumq; iudicium.

Inuidus abundè dat poenarum, etiamsi nemo ulciscatur.

X 2 Vt

Vt ferrum absumitur rubigine, ita inuidus suo ipsius uitio con-
tabescit.

Inuidus tam inutilis est ciuitati, quàm lolium tritico igna-
uus bello.

Ii quos habet inuidia, magis sunt misericordia digni quàm ira.

Inuidus non minus scrutiatur aliena felicitate, quàm suo
infortunio.

Ambitio.

67.

NE SCIT pietatis iura regnandi cupiditas.

Ambitio malè profundit quod malè collegit auaritia.

Cupiditates animi sunt morbi.

Malus ciuis est, cui non satis est, id quod satis est ceteris.

Turpior est ambitio è uilitate cultus, quàm ex amictu splendido.

Turpis est ambitio ex fucis uirtutis laudem captans.

Adulatio.

68.

BLANDILO quio nihil nocentius.

Ingenium hominũ ad aliena uitia perspicax est, ad sua cæcum.

Pestilentissimum est genus adulationis, sub libertatis ima-
gine blandiri.

Aliena rectius perspicimus quàm nostra, & sibi quisque adu-
lator est.

Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem & uitu-
perantem. sed Philosophi est, non ita commoueri, ut ab hone-
sto recedat.

Coruus tantũ mortuos impetit, adulator etiã uiuis insidiatur.

Nemo suam turpitudinẽ perspicit, sed sibi quisq; adulator est.

Vt adulationem affectare turpe est, ita ingerentem se nõ oportet omnino repellere. prodest enim in hoc, ut homo perspiciat
qualis esse debeat.

Audacia.

69.

FIT sæpenumero, ut qui fragili quærit illidere dentem, in-
fringat solido.

Peris

Periculosa est audacia, si vires non suppetant spiritibus.

Expensio periculi reuocat hominem ab audacia.

Arsiduitate nimia facilitas magis quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur.

Bona est timiditas, quae deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum.

Mors

70.

HONESTA mors est oppetere pro amicis liberandis.

Magis metuunt mortem, qui domi habent unde possint suauiter uiuere.

Morientibus praecipuum solet esse solatium spes uindictae.

Vt tyranni uiuunt insuauius ijs qui mortem uehementer optant, ita mortem perinde metuunt, quasi uitam suauissimè degant.

Optimum est, exire de uita cum res sunt prosperrimae.

Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus, contra, mortis obliuio multos inuitat ad licentiùs peccandum.

Somnus profundior adimit omnem sensum, & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium rediturus est.

Mors quidem mala non est, sed iter ad mortem miserum est.

Somnus mortis est imago.

Ille non uiuit, qui perpetuò mortis metu uiuit.

Mors omnium malorum sensum adimit.

Y 3

SENTEN

SENTENTIAE COLLECTANEAE, ET SIMILIA EX
Demosthenis orationibus & epistolis
in certa virtutum ac vitiorum
capita collectæ.

De Deo.



OMNIS serij dicti & facti principium à dijs immortalibus maximè ducendum esse censeo. Ex Epist. I.

Tanto plures occasiones ad Deorum benevolentiam conciliandam habemus, quanto magis pia iustioraq; facere pergitur. Ex orat. ad Philip.

Omibus uno consensu auctor est, ut ij acerbè puniantur, qui hostibus aliquid indulserunt, Iupiter, Dione & reliqui dij. Ex orat. de falsa legat.

Ii, qui petulanter & flagitiose leges institutâq; uestra despicunt, quiq; impudenter impij erga deos fuerunt, duas ob causas graui supplicio affiendi sunt, ut & hi scelerum suorum poenas luant, & alij curent caueantq; ne quidquam in Deos & Remp. peccent. Contra Neeram.

Bona quidem expectare, & à dijs ut dent precibus exposcere oportet, sed omnia humana existimare. Ex orat. ad Leptin.

Omniū rerum exitus, ut Deus uoluerit, consequitur consilium autem ipsum consultoris mentem declarat. Pro corona.

Equidem arbitror, eum oportere qui sit templum ingressurus, & uasa sacra & canistra tractaturus, & rerum in eos spectantium curationi præfuturus, non certorum dierum spacio purè uiuere modò, sed per totam uitam. Contra Androtionem, & contra Timocratem.

Propterea

Propterea quòd res quidem Græcas fideliter, Deorum uerò religionem & sacra piè tractabant, quæq; ad se pertinebant, ex æquo administrabant, magnam meritò adepti sunt felicitatem. Olynth. 3.

Oportet eum qui maximis laudibus dignus sit, non dijs carissimum uideri, sed hominibus partim quidem propter se, partim uerò propter fortunam admirationi esse. Ex orat. amatoria.

Philosophia aut Doctrina.

OMNIS natura præclarior & illustrior fit, si ratio quædam conformatioq; doctrinæ accesserit. longè uerò maxime ijs, quibuscunq; initio meliorem paulò quàm alijs sortiri contigit. illis enim sese tantum uincere, his uerò alijs etiam præstare accidit. Ex orat. amator.

Humanam quidem mentem rerum omnium ducem, hanc autem Philosophiam solam, rectè instituendi uiam doceri posse inuenimus. Ex orat. amator.

De prudentia.

OMNIS uirtutis principium quidem est prudentia, finis uerò fortitudo. & ut illa quid agendum indicat, ita hæc seruat et tuetur. Ex orat. funebri.

Principium quidem est rectè iudicandi omnia, ut nihil antè uos nosse existimetis, quàm intellexeritis, cum alioqui sciatis sepe iam multos de sententia decessisse, Ex 6. proœmio.

Pulchrum quidem est, ob unum aliquod præclarum facinus clarum & illustrem esse. sed longè pulchrius est omnia amplecti ob quæ uir prudens gloriæ studeat. Ex orat. amator.

Etsi mos est ferè communis plurimorum, ut eos qui laudant et blandiuntur, ament, eos uerò qui increpant & probè consulunt, odio habeant. ueruntamen prudentis officium est, eniti ut cupiditatem rationi semper habeat obtemperantem. Ex 57. proœmio.

Principio aliquod non dare, prudentum hominum est

officium habentibus autem eripere, inuidentium. Ex orat. ad Leptin.

Debetur hominibus modestis ac prudentibus uereq; rem examinare uolentibus multo maior honor, quam ærea statua. Ex orat. contra Aristocrat.

Quæ quis proferre ueretur, ea quoque scribere caueat. Ex 4. Epist.

Cum unus, qui iniuria affectus est, non sumpserit poenas, tum unumquemque expectare oportet, se primum postea fore cui facienda sit iniuria nec huiusmodi contemnere decet, neque permanere dum ad id perueniat, sed ex longinquo præcauere. Ex orat. contra Midiam.

Norunt Cecropidæ ducem suum partim Draconem partim hominem dici, non aliunde profecto, nisi quod prudentia sua homini, uiribus Draconi similis esse diceretur. Ex orat. Funebri.

Omnia quæ præclara sunt quæque augusta, & per quæ ciuitas decoratur ac conseruatur, liberorum erga parentes obseruantia, iuuenum erga natu maiores reuerentia. Ex orat. 1. contra Aristog.

Illud existimo prudentium hominum munus esse, ut parem curam & prouidentiam rerum uestrarum priuatarum, quam alienarum habeatis, ne humani solum, sed etiam prudentes uideamini. Ex 17. Præm.

De stultitia.

MULTARVM & grauium calamitatum multis hominibus stultitia caussa est. Ex orat. de Rhodiorum libertate.

Turpe est, sibi fucum facere & omnibus quæ molesta sunt procrastinandis omnium rerum occasionem amittere. Ex orat. 3. in Philip.

Facillimum est omnium, sese decipere. Olynth. 3.

Stultum est, ipsos res uestras negligentes dicere, alienarum rerum curam uos habere, & præsentia contemnentes de futuris
alios

alios terrere. Ex orat. 3. in Philip.

Priusquam principium rectè subieceritis, ridiculum, de fine quacunque uerba facere. Olynth. 3.

Epilepsia laborantes prædicat se sanaturum, cum ipse omni improbitate & malitia laboret. Ex orat. 1. contra Aristogit.

Illud quidem turpe est postea aliquando dicere, si quid acciderit, quis enim putasset hæc futura esse? haud dubiè oportebat unum facere & alterum non facere. Ex orat. 3. in Philip.

Neque quidquam prospicitis, priusquam aut factum quid, aut quid fiat audieritis. Ex orat. 1. in Philip.

Occasio.

PARVAE occasiones magnarum rerum causæ existunt. Ex orat. ad Leptinem.

Occasione parua & prima quæq; offensio celeriter omnia distulit atque euertit. Ex orat. de Cherrhonesicis.

Oportet eum qui ex uobis Remp. administrare uult, non subito affectibus ad iracundiam impellentibus obtemperare, sed rationi & rebus ipsis & temporis opportunitati seruire. illa enim celeriter concidere solent, hæc uerò permanere et in longum tempus existere. Ex orat. 2. contra Aristogit.

Vos, si iam resistatis, prudenter facturos dicam. si uerò reieceritis, ne hoc quidem cum uolueritis, facere poteritis. Ex orat. 3. in Philip.

An existimatis ipsam rei bene gerendæ occasionem aliquando ualere etiam absque iure id quod conducit efficere? iam uerò cum in id ius simul & occasio & utile consentiunt, aliud quoddam tempus expectabitis uestræ simul & aliorum Græcorum libertatis recuperandæ? Ex orat. de foedere Alexand.

Qui rectè occasione usi non sunt, ij ne si boni quidem aliquid à dijs acceperint, eius recordantur. Olynt. 1.

De legibus & earum laudibus.

UNIVERSA hominum uita, Athenienses, siue magnam urbem

urbem incolant, siue paruum, natura & legibus gubernatur. horum porro natura quidem incerta & uersatilis est, & sua cuiusque hominis leges autem communes & ordinatae sunt, idemque praescribunt omnibus itaque si natura praua est, saepe mala capit consilia atque inde tales in delicta ruere facile inuenire licet leges uero iustum, honestum & utile imperant, & id ipsum querunt quod cum fuerit inuentum, commune istud fit edictum ac proponitur omnibus par & aequale, idque lex est, cui parere decet, cum propter multa, tum maxime, quia omnis lex inuentum sane & donum est deorum, decretum uero hominum prudentum, recta porro uel spontaneorum uel culpa admissorum delictorum correctio, ciuitatis praeterea communis conuentio, iuxta quam omnes uiuere oportet qui in ciuitate sunt. Ex oratione I. contra Aristogitonem.

Legibus & earum obseruantia exornantur omnia. Ex oratione I. contra Aristogitonem.

Nihil omnino neque pulchrum, neque decorum reperiri potest, quod non cum lege aliqua communicet. Ex oratione 2. contra Aristogitonem.

Si leges abrogentur & cuius licentia faciendi quicquid uoluerit data sit, non solum Respublica pessum ibit, sed nec quidquam intererit inter nostram & ferarum uitam. Ex oratione I. contra Aristogitonem.

Postquam omnibus in confesso est, secundum deos ciuitate tue-ri, oportet uos omnes perinde ac si sederetis ad tributum exigendum, obtemperantem quidem istis laudare tanquam integrum salutis tributum pensitantem patriae, minus obedientem uero punire. Ex oratione I. contra Aristogitonem.

Par & aequum legibus acceptum ferre debetis, & quae bona sunt omnia, legum benignitate habetis. Ex oratione contra Midiam.

Legum uis & auctoritas quae est? utrum si quis uestrum iniurijs affectus exclamauerit ut ipsae accurrant, & praesentia sua opem ferant? minime gentium litterae enim depictae sunt, neque istud

istud præstare possunt. quænam igitur earum uis est? si uos eas confirmetis & semper ratas firmasq; exhibeatis earum opem imploranti. Ex oratione contra Midiam.

Omnia quæ præclara sunt quæq; augusta, & per quæ ciuitas decoratur ac conseruatur, liberorum erga parentes obseruantia, iuuenum erga natu maiores reuerentia & moderatio, legum ad ditamento & ope turpitudinem, immodestiam, audaciam, impudentiam fugiant. Ex orat. 1. contra Aristogit.

Quæ sanè corporibus eueniunt ægrotationes medicorum industria & ope curantur, animorum uerò ferocitatem propulsant ac eijciunt legumlatorum sententiæ. Ex orat. 2. cont. Aristog.

Enitendum est profectò, ut omnes leges quàm rectissimè se habeant in primis autem hæ, per quas paruam aut magnam licet esse ciuitatem hæ uerò sunt, quæ boni aliquid facientibus præmia decernunt, quæq; contrà facientibus supplicia constituunt. Ex oratione ad Leptin.

Duas ob causas omnes feruntur leges. tum ut nemini quidquam iniusti liceat agere, tum ut ijs, qui istæc transgressi sunt, supplicio affectis, ceteri meliores efficiantur. Ex oratione 1. contra Aristogitonem.

Cum leges feruntur, uidendum est quales & quæ nam sint. ubi uerò latæ sunt, eas conseruare, ijsq; uti decet. nam & iuramenti sanctitas & alioqui iustitia flagitat. Ex oratione contra Midiam.

Decet uos, qui iudicijs exercendis semper præfecti estis, leges conseruare, & eas ualidas & fortes reddere. harum enim beneficio probi improbis meliores euadunt. Ex oratione 1. contra Aristogit.

Illi Locrenses sic putant oportere ueteribus latis uti legibus, & instituta moresq; patrios tueri, nec ad cuiusq; uoluntatem & iniuriam, impunitatum leges ferendas esse. ut si quis uelit legem ferre, in laqueum collum inserens legem ferat. etsi honesta & utilis uideatur esse lex, uiuit qui eam tulit, & abit. si minus,

CONA

constricto laqueo perit. Ex orat. contra Timocrat.

Solon existimat, argentum quidem numisma esse priuatarum commutationum causa inter priuatos repertum, leges autem putat ciuitatis numissa esse. itaque iudices oportet multo magis, si quis istud, quod ciuitatis sit numisma, corrumpat & adulterinum inducat, odisse & punire, quam si quis illud, quod priuatum sit. Ex orat. contra Timocratem.

Primum lex est populo lata, ne liceret Atheniensem creare quemquam, nisi qui propter uirile quoddam facinus erga populum Atheniensem dignus sit fieri ciuis. Contra Neeram.

Nonne ridicula existimabitur esse ciuitas, si legem tulisse uideatur, quæ sacrilegos tueatur & conseruet? Contra Timoc.

Si quis iniurijs quempiam affecerit, siue puerum, siue mulierem, seu ex liberis aut seruis uirum, aut quicumque legibus prohibitum, in istorum aliquem fecerit, Atheniensium ex his quibus licet, quicumque uolet eum apud thesmoethetas deferat. Contra Midiam.

Si leges & Remp. prodideritis, non inuenietis qui uestri misereantur. De falsa legat.

Longè profectò grauius est scelus, scribere contra leges, quam tributum non soluere. Ex orat. contra Andr.

Sic porrò exactissimè cognoscetis quanta proficiscitur utilitas ex bonarum receptarumq; legum obseruatione, quantumq; damnum & ex earum contemptu, si legum commoda seorsum, et quæ ex earum uiolatione eueniant damna, ob oculos posita perspicuatis. Ex orat. 2. contra Aristogit.

Nullus est usus ciuitatis, quæ neruos ac uires aduersus sceleratos & iniurios non habet, neque Reip. in qua uenia & amicorum preces plus ualent quam leges. Ex orat. de falsa legat.

Illud est Democratiae summum præsidium, hostes uel consulendo, uel pugnando superare, legibus autem siue uolentes, siue pugnantes minores se gerere. Ex orat. contra Aristog.

Neminem quæso censeatis tantæ apud uos auctoritatis esse.

ut quæ

ut qui leges transgressus fuerit, inultus maneat. Olynth. 3.

Oportet legum uiolationes omnibus communes existimare in quocunque tandem deprehendantur, neque ullum tantum beneficium in Remp. neq; homo quisquam, neque dolus aliquis, aut aliud quidquam excogitari debet, cuius gratia qui leges uiolauerit, non luat poenas. Contra Midiam.

Illud ab omni ratione alienum censeo, cum is qui contra leges aliquid loquutus fuerit, si conuincitur, tertia parte corporis sui multetur infamia: eos qui non dictis, sed factis leges transgressi sunt, nullas dare poenas. Ex orat. de coro. praefect. naualis.

De iustitia.

RECTE iudicare par est, & Eunomiam illam aequitatis amantissimam plurimi facere, quae omnes & urbes & regiones conseruat simul inexorabilem uenerandamq; iustitiam colere decet, quam Orpheus is qui sacratissimas ceremonias nobis tradidit, iuxta Iouis solium assidere, & omnium hominum facta cerne re dixit. Ex orat. I. contra Aristogit.

Ius adeo ualet in omnibus, ut si quis fortuita caedis alterum conuicerit, & plane purum non esse ostenderit, posthac uero iniuria remissa eum dimiserit, non amplius eum eijcere licet. Ex orat. contra Nausimach.

Arbitror nihil perinde decere eos, qui in Democratia uiuunt, ut aequi & iuris studium. Ex orat. de foedere Alexand.

Decet nos cum propter nos ipsos, tum propter reliqua nostrae ciuitatis praecleara facinora, operam dare, ut ostendamus omnibus hominibus, nos & antea & nunc, & semper fuisse & esse iuris & aequi studiosos. Ex procem. 53.

Et iustitiae & aequitatis & uerecundiae, omnibus hominibus sunt aequae, aliae quidem pulcherrimae & sanctissimae, in animo & natura cuiusq; aliae uero communes omnibus ad colendum posita, sed non impudentiae, non calumniae, non periurij, non ingrati tudinis. Ex orat. I. contra Aristogit.

De

De immodica plus habendi acquirenda
diq. cupiditate seu iniustitia.

Ex malevolentia aliquem dedita opera omnibus in rebus in-
sectari, suamq; potestatem & vires tanquam legibus ipsis supe-
riores iactitare, indignum hercle ac non iustum est. Ex oratione
contra Midiam.

Ob priuatam utilitatem unumquenque reperietis ad multa
perpetranda impulsus, quorum nihil uolebat facere. Ex oratione
de pace.

Iis qui de industria contumeliosi sunt, leges acerbis esse cerne-
re licet. Ex orat. contra Midiam.

Iniuriam infert aliquis sua uoluntate? ira & supplicium con-
tra ipsum peccauit quisquam inconsulto? uenia pro poena huic da-
tur. Ex oratione de Coron.

Quaecunque quis ui adhibita facit, communes esse iniurias,
etiam ijs ad quos negocium nihil attineret, existimauit legisla-
tor. Ex oratione contra Midiam.

Leges sunt de caedibus latae, quae eos qui consulto interfecis-
sent, morte, perpetuo exilio, omnium denique bonorum publica-
tione mulctant. eos autem qui inconsulto, uenia & magna huma-
nitate dignos iudicant. contra Midiam.

Nullus eorum qui beati sunt & felices, terminum aut finem
habet cupiditatis habendi. Ex orat. contra Aristog.

Non est apud istos, quorum studia, cogitationes deniq; omnes
ad immodicam habendi cupiditatem referuntur, quidquam uel fir-
mi uel sancti. Ex orat. contra Aristocrat.

Nihil est profecto molestius, quam uicinum auarum atq; in-
iustum habere. Ex orat. I. contra Callic. de fund.

Quum ex immodica habendi cupiditate & improbitate quis
potens euaserit, prima quaeq; occasio leuissimaq; offensio omnia
dissipauit atque dissoluit. Olynth. 2.

Fieri nequit iniurijs, periurijs & mendacijs ut firmum impe-

rium comparatur. sed talia semel breuiq; tempore durant, & uehementer quidem, spe si usu uenit, nituntur, temporis autem progressu deprehenditur, & in ipsis concidit. Olynth. 2.

Qui propter immodicas cupiditates habendi acquirendiq; agrediuntur ea quæ minimè decet, ij non quæ difficilia sunt cogitare solent, sed rerum secundarum felicem successum. Ex orat. contra Aristocrat.

Si quis priuatim ulla in re aliquem offenderit, illud recordari & memoria tenere, neque quietem agere, iniustum est atque perfidiosum. Ex orat. de Coro.

Si quis uos interroget, quodnam genus omnium hominum qui in ciuitate sunt, improbissimum sit, neq; sunt agricolæ, neq; mercatores, neque argentarij, neque eiusmodi quidquam, sed qui quæstus gratia dicunt, rogationemq; proferre consueuerunt. Ex oratione contra Aristocrat.

Non cum rerum uestrarum quicquam interire permisistis, tum grauius ferre oportet, sed dum res uestræ quidem in tuto sunt, eos autem qui præsumunt, propter auaritiam non eam suscipere curam perspiciatis, quam decebat. Ex orat. de corona præfect.

De homine iusto ac bono.

BONI ciuis esse iudico, rerum salutem eloquentiæ uenustati & gratiæ anteferre. Olynth. 3.

Non discedere ab ijs quæ ciuitati conducere constat, siue obstrepi, seu quiduis aliud pati per uos ei contingat, boni & iusti ciuis id esse iudico. Ex 4. Procem.

Duo Athenienses hæc, natura modestum ciuem habere oportet, sic enim mihi de meipso dicenti absque inuidia uerba facere libebit, in magistratu quidem ut generosi & principis uiri uoluntatem & animum erga ciuitatem conseruet, in omni uerò tempore & actione beneuolentiam huius enim natura domina est, potentie autem & uirium altera. Ex orat. de coron.

Certamina nullare alia tantopere uideo indigere, ut bonis
& for

& fortibus uiris. Ex oratione de coro.

Præstat simplicem uideri quàm improbum esse. Ex oratione ad Leptin.

Ob pecuniam ista facere uideri, non est bonorum uirorum. nam neq; elationi magnitudiniqu; animi uestræ, neq; reliquo instituto uestro consentaneum esse uidetur. Ex epist. 3.

Coronæ, immunitates, alimenta, & huiusmodi, præmia sunt, quæ uir bonus si quis sit, assequatur. Ex orat. ad Leptin.

Neque uerò mihi uidetur istud esse boni ciuis, eam Reip. gerendæ rationem instituere, qua ego statim futurus sim primus uestrûm, uos autem aliorum postremi. sed oportet ciuitatem una crescere cum bonorum ciuium rationibus, et quod maximè in rem sit semper, non facillè omnes dicere. huc enim natura ipsa sponte fertur, illuc oratione oportet progredi optimum ciuem populum docentem. Ex orat. de reb. Cherrh.

Oportet ciues iustè inter se Reip. communionem uti, locupletès quidem ad uitam suam opes tutò & sine metu possidere se existimantes, ac de ijs non timentes: in periculis autem pro salute patriæ facultates publicas & communes facientes: ceterum reliquos, communia quidem quæ sunt, communia existimantes, eorumqu; partem accipientes: quæ autem cuiusque, priuata possidentes: sic & parua ciuitas magna fit, magnaqu; seruatur. Ex oratione 4. in Philip.

De Improbitate.

IMPROBITAS, res est temeraria, audax & alieni cupidita. Ex orat. I. contra Aristogit.

Par est, eos qui bona & iustare nõ rectè & decenter usi sunt, uituperare. Ex appellatione contra Bubulid.

Omnis improbus per se parum potest. Ex oratione I. contra Aristogit.

Si quis alios homines nouit optimos ac modestissimos, suanatura quæ oportet omnia ultro faciunt, alios uerò istis deteriores, quos

quos tamen pudet palam improbos uocari, metu uestri & turpitudinis & dictorum & infamiae dolore peccare cauent, deterrimos uero & quos consceleratos appellant, solis supplicijs ad modestiam redigi posse ferunt. Ex orat. 1. contra Arist.

De inuidia.

INUIDIA prorsus inditium est malitiae & uitij naturae, nec excusationem habet, propter quam consequatur ueniam hoc malo affectus. Ex orat. ad Leptin.

Quando aequitas & publica utilitas superantur inuidia, tum omnia sursum ac deorsum uersa esse existimandum est. Ex orat. 1. contra Aristogit.

Aduersus inuidiam nihil prodest uera dicere. Ex 2. Epist.

Viri est optimi propter ea quae ipse gessit in Remp. potius postulare se honorari, quam rebus propter quas alij qui fecerunt, ornati sunt, inuidere. Ex orat. ad Leptin.

Omnibus hominibus natura insitum est, ut maledicta & crimina perlibenter audiant laudantibus autem ipsi grauiter succenseant. Ex orat. pro Coro.

Omnino commune est opprobrium Athenienses & uniuersae ciuitatis calamitas, inuidiam uideri plus ualere apud uos quam beneficiorum gratias, cum praesertim illa sit morbus, haec uero in Deorum numerum relatæ sint. Ex 3. epist.

Etsi ijs qui adhuc sunt in uita, obstet inuidia, quo minus iustos & debitos honores obtineant, suis tamen liberis licebit merita praemia à uobis reportare. Ex 3. epist.

De calumniatore & calumnia.

MALA res Athenienses, mala res est perpetuo calumniator, & undiq; res inuidiosa & contentiosa. Ex orat. de Corona.

Ea est calumniatoris natura, in crimen uocare omnia, probare uero nihil. Ex appellat. contra Eubulid.

Periurium aliquæ & perfidū appellare, neq; rem ita se habere

Z ostens

ostendere, inane conuitium esse quis iure dixerit? Olynth. 2.

Neminem unquam uestrum fortasse uipera momordit, neque phalangium, & absit ut mordeat unquam. sed tamen omnia eiusmodi animalia ubi conspexeritis mox interficitis. itidem & cum delatorem & crudelem hominem uideritis uiperinam habere naturam, ne expectate donec aliquem uestrum mordeat, sed cum primum occurrerit, puniatur. Ex orat. i. contra Aristogit.

Nullus eorum profecto, qui in belli periculis fugiunt, seipsum accusat, sed uel ducem, uel propinquos, uel omnes potius quam sese uicti sunt tamen, culpa nimirum eorum omnium qui fugerunt manere enim decebat eum qui alios accusat, quod si istud fecissent singuli, uicissent. Olynth. 3.

De iureiurando.

IUSIURANDVM maximum & potentissimum apud omnes homines esse censetur. Ex orat. in Bœot. de dote.

Iustum sanctumque iuramentum omnibus maximi faciendum est. Contra Aristogit.

Si qui pecunias habent, eas perdere minimè uolunt, quopactò uos honestè iusiurandum contemnetis? Ex oratione contra Midiam.

De Republica.

TVM aiunt remp. optimè se habuisse, cum modesti & prudentes uiri ipsam administrabant. Ex orat. contra Theocrin.

Ciuitatis ego diuitias arbitror, socios, fidem, beneuolentiam. Ex orat. 4. in Philip. & de rebus Cherron.

Decet uos in armis & bello formidabiles, in iudicijs autem humanos esse. Ex orat. de ordin. reip.

Nihil ingenuè simpliciterque facere, non solum uobis est indignum & parum generosum, sed etiam maxima habet pericula. Ex i. Epistola.

Non rumore solum uos uestras res cognoscere, uerum etiam presentes spectare oportet. Ex orat. i. in Philip.

Res

Res ciuitatis non ita tractabant, ut opes immensas pararent, sed remp. sibi amplificandam esse singuli putabant. Olynth. 3.

Oportet Athenienses, eum qui boni aliquid facere nostræ ciuitati cupit, primū uestras aures sanare corruptæ enim sunt, adeo falsa & multa & quæuis potius quàm optima audire consueuerunt. Ex orat. de ordin. ciuitatis.

De iudicibus & iudiciorum laudibus.

IN iudicijs uobis est salus, uosq; decet iudicijs exercendis remp. conseruare. Ex orat. de ordinatione ciuit.

Bonorum & incorruptorum iudicum est, eos ciues, qui cum diuitijs circumfluunt, ultro citroq; pecunias in publicum erogant, & aui in trecentorum classe, si istius indiguerint refocillare, qui uero id se perdere existimant quod in reip. commodum conferunt, eorum numero qui primi tributum persoluunt, sunt inscribendi, neque est sinendum ut effugiant. Ex oratione contra Phænippum.

Si spectare & quærere uelitis, qua tandem re qui ex uobis iudicunt semper potentes sint, & omnium ciuium domini, siue ducenti, siue mille sint, siue quotquot ciuitas constituerit, reperiatis id non eò fieri, quòd soli ex ceteris ciuibus armis insignes aut corporibus optimis & fortissimis præditi sint iudices, aut ætate florentissimi, aut re ulla simili, sed quòd legibus ualeant. Ex orat. contra Midiam.

Oportet uos ipsa ueritate, ex accusatione & defensione uerè cognita, ita tum sententiam ferre & pro dijs, legibus, iustitia & uobis ipsis. Ex orat. contra Neeram.

Si occulta est sententia, non idcirco deos latebit. Ex oratione contra Midiam.

Humana cogitatione id perspexerit aliquis, quòd omnium perniciosissimum & formidolosissimū est, si is qui ciuitati præfectus est ijs permittatur familiaris esse, qui non eadem cum populo

Z 2 sentia

sentiant. Ex oratione de falsa legat.

Semper profectò Athenienses, conuenit odio habere punireq; proditores & corruptos potissimum uerò nunc opportunè etiam communi omnium hominum utilitate id fieri potest. Ex oratione de falsa legat.

Qui in Rep. administranda muneribus corrumpuntur, punire omnino oportet & odisse semper & ubique, ut probi ciues & qui se præstant castos ac integros uideantur & alijs & sibi optimè consuluisse. Ex oratione de rebus Cherrhon.

Aequum esset, Athenienses, uos pari & eodem odio esse in eos qui uos decipere conati sunt, quo ijs qui potuerunt quod enim in istis fuit, fecerunt, uosq; eò induxerunt quòd autem eorum conatus exitum & finem destinatum non habuerunt, fortuna in causa est. Ex 16. Procem.

Quem Athenienses munera accipientem uideritis, hunc & proditorem esse existimate quòd si alius tempora, alius negotia, alius milites prodiderit, quarum rerum quisq; uestrum opinor potestatem habuerit, eas perdit, eiusmodi tamen omnes æquè odio habere par est. Ex orat. de falsa legat.

Solon supplicia priuatis hominibus tardiora constituabat, magistratibus uerò & Reip. administratoribus uelocia existimans posse quocunque tempore de illis poenam sumere, hos autem uindictæ sumendæ spacium non admittere. Ex oratione 2. contra Aristogit.

Par est homines cum simus, talia & dicere & legibus statuere, quæ nemo reprehenderit. Ex orat. ad Leptinem.

Leges spectandæ sunt iudices, nam iuxta eas uos causas iudicaturos esse iurastis. & uidete quanto maiori supplicio dignos eos esse uulgò censent, qui sua uoluntate & per contumeliam piaculum admittunt, quam alios qui casu & imprudentes peccant. Ex orat. contra Mid.

Quæ iusta cognouistis, hæc custodite & mementote, quoad usque decreueritis ut iustam & religiosam sententiam aduersus

praua

praua suadentes feratis. Ex orat. ad Leptinem.

Illos iuuare oportet iudices, qui legum uocē uestram esse censent, & uestram hanc quæ in foro iudiciali editur, miseria & calamitate affectis, non sceleratis ac iniurijs opem laturam esse putant. Ex orat. contra Phænip.

Qualescunq; uidebimini amare & defendere, ijs similes iudicabimini. Ex orat. contra Androt.

Quicumq; neq; inimicitia, neq; beneuolentia, neq; ulla alia ini qua caussa ductus nullam aduersus ea quæ nouit fert sententiam, piē sanctēq; facit. Ex orat. contra Aristocrat.

Quanto magis declaratam à nobis improbitatem nihil cura ueritis, tanto maior in uobis infamia inerit. Ex oratione x. contra Aristogit.

Quo exactius quæ gesta sunt intellexeritis, eo iustiorē & sanctiorem de eis feretis sententiam. Ex oratio. contra Aphobum falsi testimonij.

Censeo, neq; legum, neq; stipulationis & cautionis ullius utilitatem esse ullam, nisi qui pecunias accipit uir sit admodū iustus, hocq; pacto duorum alterum sit, aut uos timeat, aut eum quo cum pactus est, uereatur. Ex orat. contra Dionysodorum.

Magna est iniurijs & sceleratis omnibus pars, & ad nequitiam ansa, morum uestrorum lenitas & mansuetudo. Ex orat. contra Midiam.

Haud æquū est, ut qui pro legum conseruatione adsunt, longis narrationibus et criminationibus animum attendant, sed ijs, quæ omnes facile assequamini. Ex Delatione contra Theocrinem.

Eum qui leges & Reip. administrationem sibi curæ esse prædicat, uelut nunc iste, etsi nihil aliud, hoc certè habere oportet, ijsdem dolere, ac ijsdem de rebus letari quibus populus, & non sub proposito administrandæ Reip. aduersariorum parte stare. Ex orat. de Cor.

Qui pro ciuitate nonnihil facere conatur, uosq; mansuetos & clementes experiri studet, eum huius ciuitatis mores tenere

par est. ij uerò quinam sunt : imbecillum misereri, ualidorum & potentum petulantiam reprimere, ac non multitudinem crudeliter tractare, adulari autem semper potentiorum ac ditiorum. Ex orat. contra Timocrat. & Ex oratio. contra Androt.

Talia non semper laudibus afficere, neq; admirari uos oportet, neq; publicam ex eis magnificentiam & liberalitatem metiri, si quis ædificet splendide, aut ancillas habeat multas, aut amplam suppellectilem: at is honorandus est, qui talibus in rebus largus est & magnificus, quarum commoditas ad uos omnes redit. Ex oratione contra Midiam.

Vt is omnibus gratus sit, qui suadet aliquid, & remp. gerit, fieri non potest. Ex 3. epist.

Oportet quidem cogitare semper & agere quæ iusta sunt, unâ porrò obseruare, ut hæc quoq; profutura sint. Ex oratione de Rhodiorum libertate.

Omnes appetunt societatem cum ijs inire & consentire, quos uiderunt esse paratos, & uelle ea facere quæ oportet. Ex orat. I. in Philipp.

Absurdum est eum ius & æquum uos docere, qui quæ iusta sunt non facit. Ex orat. de Rhod. libertate.

Scimus hoc uniuersi, quòd omnes etiam si quæ iusta sunt nolunt, tamen hætenus certè non agere erubescunt, & hominibus iniuriam facientibus palam aduersantur, præsertim si qui læduntur, & istud esse quod corrumpit & labefactat omnia, reperimus, hocq; omnium malorum esse principium, nolle uidelicet quæ iusta sunt simpliciter agere. Ex oratione pro Megapolit.

Non licet maledicere magistratibus, etsi flagitiosissimi sint, aut traducere ut sibi sint quàm simillimi. Ex oratione contra Androt.

Nemo talia ignorat, priuatorum hominum uitam tutam ac facilem & periculorum esse expertem: remp. uerò administrantium contentiosam & periculosam & quotidie laborum malorumq; plenam. Ex orat. 4. in Philip.

Varia

Varia sunt profectò excogitata ad urbium custodiam salutemq; propugnacula, ut aggeres, muri, fossæ & quæcunque alia huiusmodi. istaque omnia certè sunt manibus confecta, sumptuq; magno egent. natura uerò unum commune sapientum in se habet munimentum, quod quidem omnibus bonum est & salutare, potissimum autem plebeculæ aduersus tyrannos. quod nam illud est? diffidentia. hanc si seruaueritis, nihil mali accipietis. Ex oratione 2. in Philip.

Si omnes uerè suppliciorum legibus constitutorum metu à quouis scelere recedant, omnesq; beneficiorum æmulatione, quæ oportet facere instituant, quid uetat maximam esse ciuitatem & omnes bonos, neminem autem improbum? Ex oratione ad Leptinem.

A uobis omnibus ea postulo, quæ etiam non petentibus impartiri æquum est, ut nullam gratiam, nullum ue hominem pluri faciatis quàm æquitatem & iusturandum. Ex oratione de falsa legatione.

Non est, non est Athenienses omnium rerum quidquam intolerabilius contumelia, neq; propter quam potius irasci consentaneum sit. Ex orat. contra Midiam.

Trierarchus, qui pro rep. dimicat, sperare nõ debet se diuitem factum iri de publico, sed de suis facultatibus reip. opem laturum. Ex orat. de corona præfecturæ naualis.

De Deliberatione.

DELIBERANDVM est quidem lentè. quod autem decretum fuerit, maturè ac celeriter faciendum. EX IO. Procmio.

Non qui celeriter & extemplo consilium dant, quæ in rene sunt maximè consulunt. Ex orat. 1. in Philip.

Ego censeo eum oportere, qui de rebus ad ciuitatem pertinentibus dare consilium instituit, potius ut consideret quæ decreta fuerunt utilia fore, quàm ut extemporales orationes gratiam

habeant. Ex 10. Proœmio.

Oportet eos qui magnis de rebus consultant, nullam ulla de causa cogitationem prætermittere. Ex orat. de ordinat. ciuitat.

Cùm res malè se habent, de quibus oportet deliberare, difficiles esse necesse est de eis consultationes. Ex 47. Proœm.

Non arbitrari eius, qui uobis consilium det, esse munus ullum, præterquam dicere quæ maximè sunt ex usu. Ex oratione de rebus Cherronesicis.

Facere ipso dicere & decernere posterius ordine sit, potestate prius & præstantius est. Olynth. 3.

Neque coquo cultriullus est usus profectò qui non secat, neque uolenti per eum negotia & mala omnibus suboriri, uenditurus hæc calumniator, nulla in re commodus est. Ex oratione 1. contra Aristogition.

Rectè deliberandi principium hoc est, ut ne deliberetur, priusquam ea de quibus decernere oportet, audita fuerint. nam neque tempus, neque ratio eadem confirmandi ea quæ uidentur & quid ante omnia conducere uideatur. Ex 19. Proœm.

Qui pro ciuitate aliquid facit, illum oportet ciuitatis mores imitari. Ex orat. contra Androt.

Par est eos æquis animis audire uelle, qui consilium dare uolunt. Olynth. 1.

Optima suadere, quàm difficile est. Ex 9. Proœm.

Preuari facilè est omnia, quæ quis uult in unum & eundem locum breui tempore collecta. eligere autem quum de rebus quid consultandum propositum fuerit, non per æquè facile, sed oportet optima pro iucundis, si utraque non liceat, accipere. Olynth. 3.

Democratia cum multa alia habent & honesta & iusta, quæ hominem prudentem sibi uendicare decet, tum loquendi libertatem ueritate fultam, quæ retineri non potest, quin uera crimina obiectet. Ex oratione funeb.

Oportet Athenienses, eum qui boni aliquid facere nostræ ciuitati

uitati cupit, primum uestras aures sanare corruptæ enim sunt, adeo falsa & multa & quæuis potius, quàm optima audire consueuistis. Ex oratione de ordimat. ciuitat.

Tumultuando sanè, celeriterq; stomachando, multis utilibus consilijs priuari potestis sed si modestè taciteq; audire uolueritis, ut omnia præclarè se habeant, efficietis, & si quis delirare uideatur, contemnetis. Ex 5. procem.

Cùm deliberare natura ipsa difficile sit ac graue, uos ipsum adhuc multò grauius reddidistis Athenienses nam reliqui omnes homines, ante rem rerumq; euentum deliberatione uti consueuerunt, at uos post res tum demum deliberatis. Ex orat. de Pace.

Non minus impiè fecerunt qui consilium dederunt, quàm qui manibus suis facinus admiserunt. Ex orat. de falsa legat.

Qui semen præbuit, is est natorum malorum auctor. Ex oratione de coron.

Rectè deliberata, & summo studio laboreq; probata, sæpe quia præfecti aliter utantur, corrumpuntur. Ex 1. epist.

Eum qui alios accusaturus est, omnesq; iudicaturus, omni uitio carere oportet. Ex orat. 1. contra Aristogit.

Non debet acerbè inquirere, quid alij gesserint, nisi ipsi antè officium nostrum fecerimus. Olynth. 2.

Cauere conabor, ne in ea ipse incidam, in quibus alios reprehendo. Ex 12. procem.

Non est æquum neq; conueniens ut eius, qui offensus est, metus illi qui omnes suæ contumeliæ habenas laxauit, particulam ad salutem præbeat, sed eum per quem non steterit quo minùs crudelissima quæq; perpetrarentur, punire decet. Ex oratione contra Midiam.

Eum probum & incorruptum se præstare debere iudicabant, qui ad Remp. accederet, immò uerò illi largitatem usq; adeo inimicam & inutilem esse ciuitati existimabant, ut in nulla actione, neque homine fieri timebant. Ex orat. de falsa legat.

Si dederitis uos in hanc consuetudinem, ut oratoribus & au-

toritatem habentibus potius credatis quam impotentioribus, et consuetudo in uos ipsos redundabit. Ex orat. contra Calip.

Si nostis Athenienses, quid optimum sit factu de rebus presentibus, peccatum est, eas, ad deliberandum proponere, quæ enim ipsi, antequam sententias audiueritis utilia esse iudicatis, quid opus est istis audiendis frustra cruciari? Ex 2. Proæm.

Accusare profecto ad eos qui res gestas arguunt et damnant, pertinet, sed consilij dandi ratio de rebus presentibus et futuris propositum est. Ex 12. Procem.

Oportet cum summæ utilitatis, tum gloriæ uestræ causa, dare operam, ut simul et quæ utilia, quæque iusta sunt deliberare uideamini. Ex 50. Proæm.

De Oratore.

Equidem uideo oratorum facultatem et uim maxima ex parte in auditorum esse potestate. Ex orat. de Coron.

Oratoris oratio non est magni pretij, neque uocis intentio, sed in idem cum populo consentire, et eosdem odisse ac amare quos patria. Ex oratione de Coron.

Aliæ facultates abundè satis per me sufficiunt, sed uis illa dicendi, si à uobis auditoribus reclametur, mutila est et manca. Ex oratione de falsa legat.

Vt uos approbaueritis ac erga unumquemque beneuolo animo fueritis, ita orator sapere uidebitur. Ex orat. de Coron.

Non unus neque duo ista norunt, neque sub ala, ut aiunt, prouocatio facta est, sed in medio foro multis presentibus. Ex oratione contra Aphobum falsi testimonij.

Aggressi negotia quæ declarare uerbis pro dignitate nemo possit, ipsi quidem eloquentiæ laudem reportant, sed efficiunt, ut de illorum uirtute concepta apud auditores opinio minus appareat. Ex 80. Procem.

Nunquam oratores uos neque probos neque improbos efficient, sed uos istos quales uolueritis. Ex orat. de ordinat. ciuitat.

Nihil est grauius Athenienses, quam quod iisdem moribus, quos

quos culpant, oratores utuntur. Ex 37. Proæm.

Equidem aquam bibens, non abs re difficilis & morosus homo sum. Ex oratione 2. contra Philip.

Quodnam maius crimen dicere quis possit in uirum oratorem, quam quod non eadē sentiat ac loquatur. Ex orat. de coron.

Non est quidquam indignius ac molestius, quam cum uir auctoritatem habens & facultate dicendi præditus, testibusq; abundans audet mentiri tum enim necesse est, reum non iam de re tantum dicere, uerum etiam de ipso dicente, quod ei propter auctoritatem credere non par sit. Ex orat. contra Callip.

Videte Athenienses ne diuersum distinctumq; sit, orationem habere commodam & suscipere negotia utilia, illudq; oratoris munus sit, hac hominis mente præditi. uos itaq; plebei & potissimum nati maximi, dicendi facultate summis oratoribus pares esse non debetis. istud enim eorum qui sunt exercitati, negotium est, sed prudentia ijs uel similes esse, uel potius uincere. experientia enim multarum rerum & usus eam ingenerant. Ex 27. proæm.

Quum admodum superbe surrexisset Philocrates, Nihil est, inquit, mirum Athenienses, non eadem mihi & Demostheni uideri. hic enim aquam, ego uero uinum bibo. Ex orat. de falsa legat.

Illa die profecto de adulterijs et proteruitate orationes aduerso, quod aiunt, flumine fluxerunt. Ex orat. de falsa legat.

Qui infelicium miserorumue casus & mala norunt, uidentes, quod prouerbio fertur, non uident, & audientes non audiunt. illi porro sic se gerunt, in ijs quæ faciunt, ut constet eos sua tegere incommoda, & infamiam metuere. Ex orat. I. contra Aristogit.

Minimè hercle ceseo oportere, ut superbi homines & eloquentie opinione elati, res alienas appetant, aut dicendi promptitudine freti, eripiant hæc enim improbi sunt sophistæ & flagris digni. Ex oratione contra Aphobum de falso test.

Cum sanè uideritis eloquentiam aut uocis claritatem, aut aliam quam aliam eiusmodi uirtutem in uiro bono & munifico uigere, congratulari & unà excolere uos omnes oportet. commune

enim

enim uobis omnibus alijs id bonum est, sed cum in sordido & improbo quouisq; quæstu uicto, eum eijcere acerbèq; & hostiliter audire oportet. Ex oratione de falsa legat.

Quò promptius ipsa oratione uti uidemur, eò magis illi diffidunt omnes. Olynth. 3.

Ipsa orationum elegantia & lepos, auditorum beneuolentia indiget, qua cum si etiam mediocriter dixerit, gloriam reportabit. nec non gratiam sibi conciliabit citra hanc, etiam si bene dicendo excellat, ab auditoribus tamen negligetur. Ex oratione funebri.

Omnis oratio si res ac facta absint, uanum quidpiam & inane uidetur. Olynth. 3.

Omnis oratio uana est & infrugifera, quæ actionum experta fuerit. Ex oratione ad Epist Phil.

Nonnullos adnima uerti reorum, qui cum rebus ipsis damnarentur, nec possent probare se culpa uacare, alij ad anteactæ uitæ moderationem & temperantiam confugiebant, alij ad maiorum suorum præclara facinora & liturgias, alij ad cetera eiusmodi, per quæ iudices ad misericordiam & humanitatem flectebant. Ex oratione I. contra Aristog.

Si ad gratiam concionari oportet, quæcunq; oratione prætermiserit aliquis, ut ne molestus sit, eadem de rebus ipsis prætermittentur. si uerò orationis uenustas & gratia rebus consentanea non fuerit, damnum affert. Ex orat. I. contra Philip.

Id unum reliquum est ijs qui causam tutari non possunt, ut effugia & prætextus quosdam inueniant, qui ablata præsentis causæ memoria in ijs uos retineant, quæ ad hoc ipsum crimen nihil spectant. Ex orat. contra Theocr.

De Imperatoribus.

Quotidianis rebus præesse, & ex tempore subitis casibus re-
tè uti, & quanque occasionem nosse ac iudicare, quas res ex fa-
miliari colloquio conciliare possibile sit, quas porro ui extorque-
re li

re licet, imperatorum rebus præsectorum est officium. Ex 1. Epist.

Si quis reuera pace ipsa gaudet, ipsis ducibus, quos omnes accusant, gratiam habeat. Ex orat. de falsa legat.

Amicos & familiares, & militum duces inuenietis gloria ualere obres fortiter gestas, anxie tamen et meticulose magis quam qui obscuri & inglorij sunt, uitam degere. his enim militibus, ab hostibus suis solum imminet periculum, illi uero duces suos adulatōres & fraudatores magis quam prælia formidant. Ex oratione ad Epist. Philip.

De Tyranno & Tyrannide.

Rex & Tyrannus omnis inimicus est libertati, & legibus contrarius. Ex 2. orat. in Philip.

Non sunt tutæ ciuitatibus istæ tyrannorum nimie familiaritates. Ex 2. orat. in Philip.

Prorsus res est infida & formidabilis ciuitatibus tyrannis, præsertim si finitima loca possideat. Olynth. 2.

Populus.

POPVLVS sanè turba est, & res omnium instabilissima ac imprudentissima, ut in mari fluctus flexibilis & inquietus, qui ut contingit agitatur, alius uenit, alius recessit, ac nemo Reip. curam gerit, immò ne meminit quidem. Ex orat. de falsa leg.

Ne ostendite utilius esse externas amicitias sibi conciliare, quam populi fidei se ipsum committere. Ex 2. epist.

Pecuniæ comparandæ nunquam populus studiose operam dedit, sed ita gloriæ, ut nihil aliud magis expeteret. Ex orat. contra Androt.

Non est quod præ ceteris magis cauere oporteat, quam ne aliquis permittatur, ut in populo maior potentiorq; fiat. Ex orat. de falsa legat.

De Patria.

ARBITRATUR ingenuorum quisq; non patri & matri

tri solum se esse natum, uerum etiam patriæ quid uerò interest? quòd qui parentibus se solum esse natum existimat, fatalem, naturalemq; mortem expectat. qui uerò etiam patriæ, ne hanc seruientem uideat, mortem oppetere non dubitabit, magisq; metuentam esse reputabit ignominiam & infamiam, quas in seruiente ciuitate ferre necesse est. Ex oratione de coron.

Non solum ad patrem & maiores suos uirum genus ortumq; suum referre unicuiq; licet, sed ad totam communiter patriam, cuius omnium consensu indigenæ sunt. Ex orat. funeb.

Quis adeò est infelix, qui se ipsum, parentes, sepulchra, patriam parui quæstus gratia proderere uelit? Ex orat. de classibus.

Cui utilia sunt eadem tempora quæ & ciuitatis hostibus, is amator patriæ nullo modo esse potest. Ex orat. de coro.

Fieri non potest, ut leges & iusiurandum ijs curæ sint, qui in perniciem eorum quæ patriæ prosunt, se ipsos uendiderunt, sed ipsis nominibus solis contenti seducunt eos, qui uelut perfunctorie & frigide ibi ac non sedulo & accuratè concionibus intersunt, neq; existimant hoc præsens otium aliquando futurum causam magni & horrendi tumultus. Ex orat. de fœdere Alexand.

Eos qui patriæ consulunt Athenienses, quærere oportet, non eum cuius desperationis sunt socij, sed eum potius, cuius & mentis prudentiam & diligentiam sectantur. Ex orat. 2. cont. Aristog.

De fortitudine.

NON est difficile neq; cum deliberare opus fuerit, fortitudinis opinionem consequi neq; cum aliquod institerit periculum, uehementem in dicendo uideri sed illud & difficile est & conueniens, in periculis fortitudinem ostendere. Ex orat. de ord. ciuit.

Nunquam fieri potest, opinor, ut qui paucis & uilibus rebus occupantur, magnos & audaces animos capiant, quemadmodum neq; qui circa res præclaras & splendidas uersantur, parua & tenuia cogitent. Ex orat. de ord. ciuit.

Nunquam, opinor, fieri potest, ut magnum ac generosum sensum induat, qui circa parua & abiecta uersatur. Olynth. 3.

Qua

Qualiacunque hominum studia fuerint, tales eos etiam habere animos necesse est. Ex oratione de ordinatione ciuitatis, & Olynth. 2.

De diligentia.

PRAECLARVM quidem est, etiam per fortunam inter illustrissimos admirationi esse. sed multo praestantius est, industria sua quidquid gloriosum ac illustre sit, adeptum esse. illa enim sceleratis etiam interdum sese obijcit, huius autem societas & communicatio nemini adest, nisi qui generoso animo atque forti excellat. Ex orat. amatoria.

Par est quibus in rebus quisque se exercet, ac in quae incumbit, in ijs ut plus ualeat. Ex orat. 2. in Phil.

Recta prudensque rerum gerendarum in adolescente inquisitio, & animi boni & uegetae mentis commune signum est. Ex oratione Amatoria.

Quantò naturam habes praecleariorem, tantò maiores dignitates expectes, citiusque tui periculum facere uelis, censeo. Ex oratione Amat.

Haud par est, ut quom quis nihil agat uel amicis quidem mandet, sua causa aliquid ut faciant, nedum dijs immortalibus. Olynt. 2.

Quando fortuna cessat, & hostes iuuat, reliquarum rerum sagitate sin minus, prouidete, ne uos unam & magistratus singulos accusetis, & res uestrae Athenienses pessum eant. nam fieri nequit, ut haec absque magno quodam malo consistant, nemine eas conseruante. Ex 3. prooem.

Non mirandum est illum ipsum qui militat, laborem non detractat, & rebus gerendis omnibus adest, neque ullam occasionem, neque temporis momentum rei bene gerendae praetermittit, uobis cunctantibus, decernentibus, & sententias rogantibus, superiorem esse. Olynth. 2.

Nihil est cautis hominibus & circumspectis adeo formidabile, quin diligentia praecaueri possit neque ullum malum est, quin incautis & pigris euenire queat. Ex 25. Prooem.

Si quis

Si quis existimat Alexandrum eò fortunatum, quia ad eum quem optabat exitum perducebat omnia, illud cogitet, quòd agendo & laborando & audendo, non desidendo, felix fortunatusq; sit. Ex 1. Epist.

De Ignauia.

RERVM occasiones, tarditatem nostram & ignauiam non expectant. Ex orat. contra Philip.

Si quod quisq; uult, quærens desidebit, & ut ipse nihil faciat se cum reuoluens, primùm sanè nullos unquam inueniet, qui facturi sint. Ex oratione 1. contra Philip.

Cùm non pauca reip. sint errata, neque ex paruo tempore collecta, quibus hæc Reip. negotia malè se habent, nihil est omnium Athenienses in præsentia nocentius, quàm quòd uos animis alienati istis à rebus, & tantisper operam datis, dum audientes sedetis, si quid noui nunciatum fuerit. Ex orat. 4. contra Philip.

Turpe quidem est, proh supreme Iupiter omnesq; cælitæ, & indignum uobis, & ciuitatis amplitudine, & rebus gestis maiorum, uestræ ignauie causa reliquos omnes Græcos in seruitutem proijcere. Ex orat. de rebus Cherrhonesicis.

Quòd multa bello perdidimus, ignauie nostræ iure adscribi conuenit. Olynth. 1.

Eodem modo quo qui tempestatem expectant, mihi uidentur contemplari, tum singuli precantur ne ad se perueniat, prohibere uerò nemo conatur. Ex oratione 3. contra Philip.

Quò magis securo erunt animo, eò citius peccabunt. Ex 49. Proem.

Quoniam uos neque paruum, neq; magnum quidquam eorum quæ oportebat, fecistis, res nostræ malè se habent. quòd si omnia quæ decebat fecissetis, rebus ita affectis, ne spes quidè erat, ipsas meliores fore. nunc autem ignauiam uestram & negligentiam uicit Philippus, ciuitatem uerò non uicit, neq; uos estis uicti, immò ne moti quidem. Ex oratione 3. contra Philip.

Quæ

Quenam est caussa cur ille plures res quàm nos superiori bello ex animi sententia gessit? hic ipse militat, labores perfert, periculis adest, neq; occasionem rei benè gerendæ prætermittens, neque ullam anni partem omittens nos uerò, dicitur uerum, nihil facientes, hic perpetuò sedemus cunctabundi, tum decernentes, tum interrogantes, si quid noui in foro dicatur. Ex oratione ad Philip.

Sæpè contingit ut multarũ magnarumq; rerum occasio breui tempore suboriatur quam si quis sua uoluntate hostibus, condonarit & prodiderit, ne quidquam facere poterit, ut eam postea recuperet. Ex orat. de falsa legat.

Turpe est uel potius turpissimum, non solum urbes & loca, quorum aliquando fuimus domini, projicere uideri, uerum etiam comparatos à fortuna socios & occasionem. Olynth. 2.

Fortuna uolubiles habet mutationes, & in utramq; partem, uel secundas ad res uel aduersas quæ uerò per ignauiam hominum fiunt, ea certas clades afferunt. Ex 49. Procem.

Veritas.

VERITAS potens est, & contrarium infirmum. Ex oratione de falsa legat.

De taciturnitate.

Qui nullius culpæ sibi conscius est, si taceat, silentio ipso prauorum & nefandorum particeps esse uidetur. Ex oratione de falsa legatione.

Nemo unquam conuictus est, qui uel sileret, uel qui peccasse fateretur, sed cum opinor, nihil ueri eloqui deprehenditur, tum quæ mente, quoq; animo præditus sit, cognoscitur. Ex ora. de fal. leg.

De ira & irascentium natura.

Neque priuatae iracundiæ seruiendo, publicum commodum oportere lædere puto, neque priuati odij cum reip. cõmodis quidquam admisceo uerum ad quæ alios adhortor, ea ipse arbitror

A 4 de ce

decere me primum facere. Ex 1. Epistola.

Non eadem res est Athenienses, in uestrum conspectum adspicientem falsum testari, & apud arbitrum. apud uos enim ingens iracundia & supplicium testantibus falsum imminet, sed apud arbitrum tuto & sine infamia quidquid uoluerint testantur. Ex oratione contra Aphobum de falso testimonio.

Quæ aliquis de repente nulla ratione inuita, facere coactus fuerit, & si contumeliose istud fecerit, per iracundiam tamen dicere licet se fecisse. quæ uerò diu multumq; antea excogitauit, continenter per multos dies aduersus leges facere deprehenditur, non solum abest ab eo, ut ira motus fecerit, sed etiam constat iam eiusmodi hominem dedita opera iniuriam fecisse. Ex oratione contra Midiam.

Irascentium est, eum à quo molestijs affecti sunt subito ulcisci offensorem, ut quocunq; tempore fontem & iniuriam nacti fuerint, tum de eo pœnas sumere. Ex oratione contra Timocrat.

De odio.

SI quis aliquid accepit, risui est si fateatur, uenia conuictis, odium, si quis istos increpet. Ex oratione 3. contra Philip.

Neque securius est in multorum, etiam in paruis delinquentium, odium incurrere, quàm paucorum & in multis neque uerò popularius multitudinis delicta quàm paucorum obseruare. Ex oratione contra Androt.

De hoste.

Qui calumniatorem tuetur, bonorum hostis est natura & genere nisi quis sycophantæ & improbi semen & radicem uelut agricola putat oportere relinquendam esse in urbe. Ex oratione 1. contra Aristogitonem.

Qui ea quibus ego capiar agit & parat, hic mihi hostis est, etsi nondum feriat neq; iaculetur. Ex oratione 3. contra Philip.

Armis hostes uincendi sunt, & in his est salus reip. Ex oratione de ordinatione ciuitatis.

Fieri

Fieri non potest ut externos hostes uincatis, nisi animadu-
teritis in domesticos hostes & intestinos illius ministros uerum
neesse est incurrentes in hos ut scopulos, serius occurrere illis.
Ex orat. de rebus Cherronesicis.

De bello.

BELLUM gloriosum pace turpi optabilius est. Non idem
habent periculum res, quas tum cum uultis, agere licet, sæpe sen-
tentiam & consilium mutare, & hæ propter quas imminet bel-
lum. Ex 1. epist.

Existimo uobis conducere, prospicere belli principium, ut sit
iustum: omnia porro quæ conueniunt apparetis, idq; uestro iudi-
cio subiiciatur. Ex oratione de classibus.

De pace.

SI pax quæ alijs bonorum caussa est, tantarum rerum, &
tanti tumultus nobis caussa fuit, quid aliud id esse dixerit quis,
præterquam quod muneribus acceptis, hi rem natura præclarã
præue corruerunt? Ex oratione de falsa legat.

Proh Iupiter est ne aliquis rectè sapiens? qui ex uerbis poti-
us, quàm rebus pacem agentem aut bellum gerentem secum exi-
stimet? nemo profecto. Ex oratione 3. contra Philip.

Simulatq; de Philippo mentio incidit, statim surgit aliquis &
dicit, pacem tueri quàm salutare est, magnum exercitum alere
quàm difficile & durum. Ex orat. de rebus Cherronesicis.

De liberis.

INGENVIS, etsi maxima perpetrent facinora, istud ta-
men corpus seruare licet. Ex orat. contra Androt.

Homini libero maxima necessitas est, rerum turpitudine atque
dedecus. Ex oratione de rebus Cherronesicis, & Philip. 4.

De seruis.

SERVIS corpus flagitijs plagisq; omnibus obnoxium est.
Ex orat. contra Androt. & Midiam.

Alteri subdito ut seruo maxima necessitas est plagæ et corpo-
ris pul-

ris pulsatio. Ex orat. de rebus Cherrhonesicis.

De muliere.

PLVRIMI facienda est mulier in morbis, quæ adfit homini ægrotanti. Ex orat. contra Neæram.

Multo magis profectò soliti sunt uir & uxor contentiones & inimicitias inter se subortas propter liberos mitigare, quàm propter iracundiam communes liberos odio habere. Ex oratione contra Bœot. de dote.

Meretrices quidem uoluptatis gratia habemus • concubinas uerò propter quotidianam corporis curationem uxores porro ad legitimos liberos procreandos, & fidelem custodiam rei domesticæ habendam. Ex orat. contra Neæram.

Ne mulieri liceat ingredi in fana publica, cum qua fuerit adulter deprehensus, quod si ingrediatur, impunè ferat quidquid patitur præter mortem. Ex orat. contra Neæram.

Durum est patri & matri liberis orbari, & carissimis suæ senectutis educatoribus priuari • sed præclarum est amplissimos honores, memoriam uirtutis & eos publicè comparatos conspiciere, sacrificijsq; & certaminibus dignatos immortalibus. Molestia plenum, liberos orphanos relictos, patre in prælio fulso præclarum uerò est paternæ uirtutis & gloriæ heredem esse. Ex orat. funebri.

De fama seu gloria.

SOLI homines gloriam præclaris rebus gestis partam omni inuidia fortiolem reliquerunt. Olynth. 3.

Non solum spectandum est an non pecuniam perdati, sed etiam an fanam & gloriam bonam, cuius magis studiosi estis quàm pecuniæ. Ex orat. ad Leptinem.

Quantò quis plura & grauiora supra dignitatem conditionemq; suam fecit, tantò apud omnes admirabilior existimatur. Olynth. 2.

Populus nunquam de pecunia coaceruanda ualde laborauit.
de glo

de gloria uerò acquirenda sic, ut de nulla re alia, argumentum sane est, quam cum aliquando maximam & innumerabilem inter Græcos pecuniam possideret, omnem pro honoris augēdi studio, insumpsit, pro gloria quoq; de suo tributum pendere non dubitauit, neq; ullum periculum unquam detrectauit, unde immortalia bona sibi peperit. Ex orat. contra Timocrat.

Beati hac iusta ratione censendi sunt, primum quidem qui pro modico tempore incredibilem & immortalē gloriam relinquunt, in qua & horum liberi clari ac illustres depingentur, & parentes istorum conspicui facti in ipsa senectute nutriuntur, luctui suo consolationem istorum gloria & celebritate adhibentes. Ex oratione funebri.

Si in paruis quis gloriatur, tantum abest ut honorem aliquem propterea consequatur, ut ineptus esse uideatur. Ex oratione contra Androt.

Qui unā cum Philippo uersantur, eum ita honoris studio teneri aiunt, ut dum omnia pulcherrima facta sua uideri cupit, magis succenseat ducibus & imperatoribus, qui laude aliquid dignum gesserunt, quā ijs qui rem infeliciter administrarunt. Ex oratione ad Philip. epist.

De pudore.

HOMINI quidem libero maxima necessitas est rerum turpitudine atq; dedecus, & maiorem ista haud scio, quā quis dicere possit seruo autem uerbera & corporis cruciatus. Ex orat. 4. contra Philip.

Equidem opinor liberis hominibus maximam esse necessitatem in rep. gerenda pudorem. Ex orat. 1. contra Philip.

Probra hercule omnia fugienda sunt. Ex orat. ad Lept.

Omnia quidem cauenda sunt, tam quæ uidentur, quā quæ turpia sunt potissimum autem ea, quopter quæ aliquis uidetur alijs succensere. Ex orat. ad Lept.

Quæ à paucis reguntur dynastiae, metum ciuibus suis incutiunt, uerecundiam autem eis inferere nequeunt. Ex orat. funeb.

SENTENT. EX
Impudens.

Qua ex re impudens appellatus est, nisi quia ista, quae neque sunt, neque facta sunt, propter impudentiam palam dicere nihil pudet? Ex orat. 1. contra Aristogit.

Id profecto nostis, quod ex quo tempore nati sunt homines, & iudicia fieri coeperunt, nemo unquam qui peccasse se fateretur, deprehensus est, sed impudenter loquuntur, inficiantur, mentiuntur, excusationes fingunt, omnia faciunt ne dent poenas. Ex orat. de falsa legatione.

De spe.

MULTI saepe maiorum bonorum spe allecti, praesentia perdiderunt. Ex oratione contra Timocrat.

De humanitate.

HUMANITAS contra invidiam, & iustitia aduersus improbitatem, bonaque omnia contra mala uelut in acie collocantur. Ex orat. contra Lept.

Miror si nemo uestrum cogitat, turpe esse populum Atheniensem sapientiae doctrinaeque opinione ceteros omnes antecellere, ad quem in rebus aduersis, tanquam ad commune perfugium confugi solet, Philippo inhumanior uideri, qui, ut in delictis liberaliter educatum credibile est, a nemine admonitus, tamen cum prosperis rebus usus esset, tum maxime humana se agere oportere putauit, ab ijs qui contra in acie steterant, & cum quibus de summa rerum contendisset, qui, & ciuitates essent, neque inquirere, neque declarare passus est. Ex 3. epist.

Optarem uos Athenienses, qua erga alios omnes uti consueuistis humanitate, eadem etiam erga uos ipsos uti. Ex 17. Proem.

Misericordia.

NEMO misericordiam consequi dignus est, qui nemini miseretur neque dignus est uenia, qui nemini dat ueniam. Ex oratione contra Midiam.

Quam

Quoniam quisque natura legem erga reliquos omnes habet, eandem uicissim erga ipsum alios habere æquum est. Ex oratione 1. contra Aristogit.

Absit iudices pauperes despiciatis, sufficiens enim satisq; graue eis est supplicium ipsa paupertas, neq; eos qui labore & industria ex æquo & bono uiuere uolunt. Ex oratione. 1. contra Aristogitonem.

De amicitia.

NULLVM maius bonum uobis contingere potest, quam omnium beneuolentiam, nulla adiuncta suspicione, summa illorum uoluntate consequi. Ex orat. de libertate Rhod.

Cum rebus quidẽ omnibus priuari acerbum & graue sit, praesertim si ab inimico istud eueniat, tum uerò maxime beneuolentia uestra & humanitate, quanto à uobis ea consequi maximum est. Ex oratio. de corona.

Nemo amicus & beneuolus eis esse potest, à quibus sibi damnum aliquod impendere sperat. Ex 50. Proœm.

Prudentium hominum esse non existimo, uel cum familiarene & amicum aliquem esse putarint, sic illi fidere, ut etiam si iniurius esse coeperit, ulciscendi facultatem sibiipsis eripiant. uel quando inimicum aliquem censeant, sic odio prosequi, ut si deposito odio uelit amicus esse, impediunt ne ista facere liceat, sed eos meo quidem iudicio, & amare & odisse oportet, ut earum occasionum neutra praetereatur. Ex oratione aduersus Aristog.

Verorum amicorum officium est, his quibus bene uelis, haud in eiusmodi rebus gratificari, à quibus & illis & sibiipsis pendet aliquod damnum. sed in ijs quæ utrisque conducere possunt, opitulari quod autem ipse melius illo prouideas, id pulchrè administras, neq; praesens obsequium quam totius reliqui temporis commodum pluris faciendum. Ex orat. contra Aristog.

Omnium est grauissimum, cum quis nomine quidem frater nonnullorũ uocitetur, sed re ipsa istos habeat inimicos, & multis

grauibusq; ab ijs affectus iniurijs, in iudicium uenire cogatur. Ex oratione de dote contra Boeotum.

De beneficentia.

Equidem censeo eum qui beneficium accepit, oportere omni tempore meminisse eum autem qui dedit, continuo obliuisci, si quidem illum oportet boni, hunc uero pusilli & liberalis hominis officium facere. nam beneficia sua commemorare ac referre, exprobrationi ferè simile est. Ex oratione de corona.

Omnes profectò mutuam gratiam recipere digni sunt, qui in bene merendo de uobis priores partes occupant, praesertim uerò qui in extrema necessitate id faciunt. Ex oratione ad Lept.

Quæ est lex tantæ iniustitiæ & inhumanitatis plena, ut eum qui de suo non nihil donauit, & rem per humanam liberalemq; fecit, gratia priuet, & in calumniatorum manus conijciat? eosq; iudicijs rationum reddendarum eorum quæ dedit praeficiat? nulla est profectò. Ex oratio. de corona.

Qui indignum aliquem honore afficiunt, simplicitatis ac stultitiæ opinionem aliquam habent: qui uerò de se bene meritis paria non referunt, malitiæ suspicionem incurrunt. Ex oratione ad Leptinem.

Plures quàm par est honorare, est multos ad bene merendum prouocare. Ex orat. ad Leptin.

Apud omnes homines inualuit consuetudo propter multos bene meritos, etiam de alijs quibusdam sceleratis, potius bene mereri, quàm propter perditos & flagitiosos auferre quæ data fuerunt ijs, qui sine controuersia digni sunt beneficio. Ex oratione ad Leptinem.

De diuitijs & diuitibus.

DIVITIAE & celeritas & robur & quæcunq; alia istis similia amplo & copioso fructui sunt suis possessoribus, & in ijs ipsis excellunt quibus intersunt, licet nullus alius uelit. Ex oratione funebri.

Nulla

Nulla re omnium perinde ac pecunia opus est ciuitati ad ingruentia negotia. Ex orat. 4. contra Philip.

Pecunijs certè opus est, cum sine his eorum nõ licet quidquam fieri, quæ facienda sunt. Olynth. 1..

Cum in alteram partem uelut in trutinam argentum attuleris, id ipsum argentum aufert, & ad sese ratiocinationem omnem detrahit, nec amplius qui hoc fecerit rectè neq; syncerè ulla de re ratiocinari poterit. Ex oratione de pace.

Vndecunq; quis accessionem uel paruum fecerit, plurimum adfert momenti. Olynth. 2.

Existimate quoq; aliquando iuuenem, & ea qua nos ætate nunc sumus, fuisse: consilijs autem & rebus à te gestis, talem & tantum euasisse, quod & nobis accidere poterit. Ex 5. Epist.

Opulentus audax, superbus magniloquus, uiolentus impudens. Ex orat. contra Midiam.

Quis est, qui malit se ipsum suaq; omnia bona interire, quàm fortunarum suarum partem pro seipso & reliquis conferre? Ex orat. de ordinat. ciuit.

De paupertate.

MULTA uilia & seruilia negotia liberos homines ac ingenuos paupertas agere cogit, ob quæ misericordiã potius quàm interitum demerentur. Ex appellatione contra Ebulidem.

Absit iudices, pauperes despiciatis, sufficiens enim satisq; graue est eis supplicium ipsa paupertas, neque eos qui labore & industria ex æquo & bono uiuere uolunt. Ex appellatione contra Ebulidem.

Ego neq; si quis paupertatem uituperat, eum prudentem esse duco: neque si quis in rerum copia educatus fuerit, ob id gloriari debet. Ex orat. de coro.

Rebus necessarijs nonnullos priuare, est multo homines reddere maleuolos & a rebus publicis alienos. Ex oratione 4. contra Philip.

RES secundæ profligatorum, uim habent maximam tegendi & obscurandi domestica uitia, at si qua in re offenderint, tum planè eorum facta discutientur. Olynth. 2.

Nonnulli propter rerum successum clari & illustres habitus sunt. Ex orat. Amat.

Oportet modestè se gerere in rebus secundis, & quid futurum sit prospicere. Ex orat. ad Leptinem.

Secundis rebus præter dignitatem & meritum uti, occasio est incautis despiciendi. Olynth. 1.

Res secunda seu fortuna, uniuersam quæ in hominibus inest, sagacitatem & sapientiam excellit. Ex orat. de pace.

Ipsi felices rerum successus ad contegenda & occultanda hominum peccata apti sunt, sed si quid usquam aduersi contingat, tum planè hæc omnia deteguntur hominibusq; nota fiunt. Ex orat. ad Philip. epist.

Cùm in omnibus humanis rebus duo sint bona, unum princeps omniumq; maximum, secundis rebus uti alterum, hoc quidem minus, ceterorum maximum, rectè deliberare non simul utriusq; possessio obtingit hominibus. Ex orat. contra Aristocrat.

Istis fortasse fatale est, nunquam secundis in rebus rectè sapere. Ex 53. Proœm.

De fortuna.

MAGNUM quidem momentum, immò uerò potius totum est, ipsa fortuna, ad omnium hominum negotia. Ex oratione ad Philip. epist.

Fortuna rerum omnium domina exitum suo arbitratu tribuit. Ex oratione funeb.

Magna potentia uel potius summa est ipsa fortuna in omnibus hominum negotijs. Olynth. 1.

Multa fortunæ uoluntate gubernantur, multæq; sunt causæ, cur nõ omnia ex animi sententiâ hominib. succedant. Ex 3. Proœm.

In alijs quibusdam rebus superari ab aduersarijs, non tam de-
decus quam infortunium dici possit nam & in fortuna & prae-
ctis, & multis aliquid inest, cur potius res praecclare uel contra
gesta sit. Ex 53. Proem.

Si quaecunq; quis acceperit, etiam seruauerit, magnam habet
fortuna gratiam si uero imprudens prodegerit, interijt una quo-
que memoria beneficij à fortuna accepti. Olynth. i.

Bona quidem uoluntas praesto est, quam si fortuna benignitas
iuuet, res ipsa confici possit. Ex 5. epist.

Neq; gubernabam nauem, diceret aliquis, quemadmodum nec
ego exercitum ducebam, neq; fortuna dominus eram, sed illa re-
rum omnium. Ex orat. de coron.

Ex mendicis nonnulli celeriter diuites euaserunt, & ex obscu-
ris & ignobilibus clari & illustres. Ex orat. contra Philip.

Multae & nutrices & lana uictum queritantes, & uindemia-
trices euaserunt, ob reip. illorum temporum calamitates, ciues &
nobiles mulieres. Ex appellat. contra Ebulidem.

De aduersa fortuna & calamitate.

Aequum est misereri non flagitiosorum hominum, sed eorum
qui immerito aduersa fortuna calamitateq; conficiuntur. Ex ora-
tione contra Aphobum.

Si quos aerariorum dimittere oportet modestissimos, opti-
mos, & ob minima delicta multam passos, hos inquam liberare
oportet. Ex orat. i. contra Aristog.

Cum neq; iniurius est aliquis, neq; peccat, sed in ea quae omni-
bus conducere uidentur se tradit, nec in omnibus ex animi senten-
tia egit, haud exprobrare, neq; conuitium facere eiusmodi homi-
ni par est, sed condolere. Ex oratione de coron.

Aequum est misero & afflictio ut ut factum est, opem & auxi-
lium ferre. Ex orat. contra Midiam.

Nemo unquam fortasse uestrum quaesuit Athenienses, cur
tandem

tandem miseri & infelices rectius, quàm fortunati rebus suis consulunt non autem alia de causa istud fit, præterquam quod istis euenit, ut ne quidquam formident, neque si quispiam pericula & graues casus recenseat, ad se pertinere putant, illos recens adhuc delictorum memoria, quando in infortunia inciderunt, modestos ad reliqua & moderatos reddit. Ex 25. Procem.

Nullius rei institutum consiliumue magni fit, nisi finem etiam utilem & honestum consequatur. Ex 35. Procem.

De desperatione.

DESPERATIO cùm ei ipsi maximo & exitiali sit malo qui ea affectus est, tum acerba & grauis omnibus, & reip. minime toleranda. Ex orat. I. contra Aristogit.

Desperatus omnis seipsum proijcit, etiam quam consilio & ratione tenere licet salutem, & præter omnium expectationem fit, si fortè incolumis seruetur. quis igitur sana mente præditus seipsum, aut patriæ commoda isti commiserit? quis non pro uiribus fugerit, & eum procul submouerit, ne quis in talem uel inuitus incidat? Ex orat. I. contra Aristog.

Neq; uos cõsternatis animis esse oportet, præsertim cùm sciat is desperationem neque præsentibus rebus conducere, & uobis indignam esse. Ex 49. Proem.

De futuro.

FUTURVM omnibus hominibus est incertum. Ex orat. ad Leptin.

Oportet eos, qui prospera optataq; utuntur fortuna, erga afflictos & oppressos semper optima uideri consultare quandoquidem uniuersis hominibus incertus est ac dubius rerum euentus. Ex orat. de Rhodio. libertate.

Præterita semper apud omnes omittuntur, & nemo unquam de ijs deliberationem habendam proposuit futura autem uel præsentia consultoris munus & officium postulant. Ex oratione de corona.

Id ipsum quod præter sententiam accidit, uirum perturbat, ipsiq; magnum dolorem adfert. Olynth. I.

Necessario euenit, cum pugna committitur, ut alij superentur, alij uincant. Ex oratione funeb.

Ex postremo euentu quæ præterierunt omnia ut plurimum æstimantur. Olynth. I.

Sæpe contingit ut idem homo in hoc non rectè dicat, in altero uerò rectè sentiat. Ex 5. procem.

Defunctorum curam habere oportet.

Quantum quidem ciuitas de ijs qui in bello perierunt sollicita sit, cum ex alijs rebus perspicere licet, tum maxime ex hac lege, per quam qui ad funera hæc publicam orationem habiturus eligi solet, sciens à frugi & probis uiris facultatum possessiones & uoluptatum deliciarumq; usum non magnifieri, sed eorum omne studium in uirtute & laudibus esse, orationibus ijs qua illis ea maxime præstarent, illos ipsos oportere honoribus afficere dixit. ut quam cum adhuc uiuerent præclaram famam & gloriam nacti essent, ea quoq; defunctis ipsis tribueretur. Ex orat. funeb.

Qui natura liberi sunt, etiamsi cum patribus adhuc uiuentibus altercati fuerint, eos tamen uita functos laudibus exornat. qui uerò censentur filij, cum ex illorum satu non sint, ut facile cum uiuis ipsis dissentiant, nihil pudet eos defunctis ipsis maledicere. Ex orat. de dote contra Bœotum.

Leges defendite & defunctorum curam habete, ne eorum nomen & familia pereat. Ex orat. contra Nicom.

Ecquis omnium non nouit, uiuentibus quidem omnibus subesse quandam aut maiorem aut minorem inuidiam. mortuos porro, ne hostium quidem ullum præterea odisse? Ex orat. de coron.

Illa est ex legibus Solonis, quæ uidentur rectè se habere, nemi nisi defuncto maledicendum. Ex orat. ad Leptin.

Solon in legibus, & Deus in oraculo mandat, ut cognati & affines

affines mortuis in ferias certis diebus exhibeant. Ex orat. contra
Macartatum.

Nulla potest dici uel uerior, uel honestior causa, cur hostium
dominus propinquis & familiaribus defunctorum amicus esse ue-
lit, quam rursus pro toto dimicare maluerit, quam uirtutis eo-
rum admiratio. Ex orat. funeb.

Diligenter exquirens atq; considerans, satis dignè pro de-
functis uerba facere, unum eorum quæ fieri nequeunt esse reperi.
Ex orat. funeb.

Cum aliorum bonorum nulla sit defunctis communio, sed ob-
res præclare gestas laudationes eorum qui sic interierunt, sunt
ueluti propria merces neq; enim amplius tunc eis aduersatur in-
uidia. Ex orat. de falsa legat.

Parentes honorandos esse.

PAR est parentibus definitum ex utrisq; præmium, & a na-
tura, & a lege, iustè referre, & ultrò soluere. Ex oratione
contra Philip.

Equidem eum perfidum & dijs inuisum non modo hominibus
esse existimo, qui parentes negligit. Ex orat. i. cont. Aristogit.

Vbi pater est & filij iam uiri facti fortasse & eorum liberi, ibi
necesse est uarias & nulla in re similes esse uoluntates: non enim
ijdem sunt sermones & facta iuuentutis, quæ senectutis: uerunt
amen adolescentes quæcunq; agunt, si modò sint modesti, sic fa-
ciunt, potissimum ut clam habere contentur, ne parentes & senes
offendant, dissimulant id se uidere & senes uicissim si fortè sum-
ptus iusto maiores uiderint, aut potationem, aut ludos immodera-
tos, sic ista uident, ut non uidisse uideantur. Ex oratione i. cont.
Aristogit.

Ab initio ætatis in omnibus disciplinis clari & illustres fue-
runt, ea exercentes, quæ quanque ætatem decerent, ijsq; omnibus
quibus par erat gratum facientes parentibus, amicis, familiaribus.
Ex orat. funeb.

Maiores

Maiorum nostrorum virtutes imi-
tandas esse.

TURPE est Athenienses, turpe inquam ordinem magnitudinis animi uestri deserere, quem maiores uobis tradiderunt. Ex orat. de ordinat. ciuit.

Multa & præclara pedestri certamine naualiq; prælio pugnantes trophæa statuerunt, de quibus etiam nunc gloriamur. atqui uos considerare oportet ipsos hæc erexisse, non ut nos ipsa spectantes solum admiraremur, sed etiam ut eorum qui erexerunt, uirtutes imitemur. Ex orat. de ordinatione ciuitatis, & in extremo de Rhodio. libertate.

Vobis solis Athenienses licet præ cæteris hominibus domesticis uti exemplis, & maiores quos iure laudatis, re & factis imitari, tametsi prælia, neq; expeditiones, neq; pericula, in quibus clarè & illustres fuerunt, imminere tempora non sinunt, sed uos præsentis uiuatis in otio, eorum uerò prudentiam imitemini. ea enim ubiq; opus est. Ex orat. de falsa legat.

Hac potentia opus esse censeo, nemini imperare neq; uerbo, neq; facto iniusto, sed nostra facta ut maioribus digna sint perpendere, non orationes quæ in suggesto habentur. Ex orat. de ordinatione ciuit.

Non alienis exemplis, sed domesticis usi, quæ facienda sunt, sciatis licet. Ex oratione de ordinat. ciuit.

Cogitate turpissimum esse, patres uestros multos labores magnaq; pericula, contra Lacedæmonios bellum gerentes sustinuisse uos autem ne pro his quidem quæ iustè assequuti uobis tradiderunt, uelle fortiter uos defendere. Ex orat. ad Philip. epist.

Scire uos oportet quòd in ijs rebus desideratis, ob quas mortem maiores uestri perpepsi sunt. Ex orat. de falsa legat.

Reliqui omnes homines aliorum exemplis usi cauti magis ipsi sunt. uos autem ne auditis quidem aliorum infortunijs, metueri potestis. Ex 24. Procem.

Turo

Turpissimum quidem est, maiores uestros pro legibus tuendis etiam mortem oppetere non dubitasse. uos autem in eas delinquentes, & prorsus euertere conantes, nolle punire. Ex orat. 2. contra Aristog.

Non puto maiores hæc tribunalia & porticus uobis ædificasse, ut eiusmodi homines in eis saginetis, sed contra, ut coerceatis & puniatis, ac ne quis æmuletur aut expetat improbitatem. Ex orat. 1. contra Aristog.

De morte.

MORTALIBVS omnibus uitæ finis est mors, etiam si quis in domuncula conclusum se conseruet. decet autem uiros fortes & strenuos semper omnia quæ præclara sunt, aggredi, spem bonam uelut propugnaculum sibi proponentes, & fortiter quidquid dederit Deus, ferre. Ex oratione de coron.

Qui in animis omnium mortalium insitum atq; innatum uiuendi desiderium contemnendum duxerunt, & honestè morimalluerunt, quàm uiuentes Græciam uidere in miserijs & calamitatibus uersari, nonne singularem & præstantissimam omni oratione uirtutem suam reliquerunt? Ex orat. funeb.

Omnibus omnium peccatorum terminus est mors. Ex 3. epist.

EX DEMOSTHENIS
ORATIONIBVS ET EPISTO-
LIS SIMILIA.



T approbaueritis & erga unumquemque beneuolo animo fueritis, ita orator sapere uidebitur. Ex orat. de coron.

Quemadmodum domus, opinor, nauigij, & aliorum id genus firmissima fundamenta esse oportet, sic etiam negotiorum actionumue principia & causas ue-

ras ac iustas esse decet. Olynth. 2.

Per deos, quis uestrum usq; adeo stolidus est, qui ignoret illinc bellum huc uenturum, si negligentius egerimus? at uero id si euenerit, uereor Athenienses, ne eodem modo, ut qui res alienum grande conflant, facile usuris exiguo tempore ditati, paulo post etiam auitis bonis cedunt.

Sic nos quoq; si diutius segnes & ignaui esse uideamur, cum etaq; ad uoluptatem quaerere, postea adducamur in necessitatem faciendi multa etiam grauia quae nolebamus, & de ijs quae sunt in hac regione periclitemur. Olynth. i.

Quemadmodum per hos magnus & potens euasit, quum singuli censebant ipsum utile quippiam sibi facturum esse. sic rursus per ipsos debet deijci, postquam omnia utilitatis suae gratia facere conuictus est. Olynth. 2.

Cum fortasse possim quemadmodum & alij accusare, & gratificari populo, & publicare, & reliqua factitare quae isti faciunt, ne in ulla quidem huiusmodi re unquam uersatus sim, neq; eo sim adductus, neq; lucro, neq; gloriae cupiditate & ambitione, uerum ea usque adhuc dicere per se uerem, quibus ego multis inferior sim apud nos, uos autem si me audiretis, maiores essetis, sic etiam inuidiosum dicere non fuerit. Ex orat. de rebus Cherronesicis.

Vt in corporibus nostris etiam si pars aliqua male sit affecta, tamen non dolet, donec alioqui recte ualemus. ubi uero acciderit aegrotatio aliqua, singulae partes cientur, siue ruptura, siue luxatio, siue earum quae uitiatae sunt aliqua fuerit. sic se habet res ciuitatum & tyrannorum donec foris bellum gerunt, domestica uitia non sunt multitudini conspicua. cum uero finitimum bellum gerendum est, priuata omnia flagitia patefiunt. Olynth. 2.

Equidem optarem, quemadmodum scio in rem uestram esse, ut optima dicentem audiatis, sic scire me idem optima dicenti esse profuturum. multo enim iucundius dicerem nunc uero metuo, sed tamen utilia uisum iri credo, etiamsi uos non pareatis, dicere non desinam. Ex 52. Prooem.

B b

Turpe

Turpe est Athenienses decipere uos ipsos, & omnia prorogando quæ factu difficilia sunt intempestiue agere, hocq; non posse intelligere, quod eos oportet, qui recte bellum administrare uolunt, non sequi res, sed antecedere rebus eodemq; modo quemadmodum quispiam iudicet, imperatorem debere copijs præesse, sic etiam rebus bonos consiliarios præesse oportet, ut quæcunq; illis uisa fuerint, ea gerantur, & non cogantur quælibet persequi. Ex orat. cont. Philip.

Quemadmodum barbari pugnis decertant, ita uos bellum geritis cum Philippo. Etenim qui ex illis uulneratus est, semper plagam cõtrectat, & si quis alibi ictus fuerit, illic manus sunt ictum autem depellere aut contra intueri neq; nouit, neq; uult sic uos si audieritis Philippum esse in Cherrhoneso, illuc mittenda esse auxilia decernitis, si in Pylis, si alibi, unã cursitatis sursum ac deorsum, & ab illo certè gubernamini nihil porro decernitis, quod uobis ipsis in bello gerendo utile sit, neq; de pecunijs quicquam prospicitis, priusquam uel factum esse aliquid, uel fieri audieritis. Ex oratione I. contra Philip.

Quemadmodum scio uobis conducere, ut optima audiat, sic etiam si scirem utile fore ei qui optima dixerit, multo iucundius ac libentiùs dicerem. Ex orat. I. contra Philip.

Non per Iouẽ reliquosq; Deos omnes in odium incurrere uolo, uerum hæc commemoro, ut uestrum quisque hoc cognoscat ac uideat, quod quotidiana quies & inertia quemadmodum in priuatis uitis, sic & in ciuitatibus, non ex singulis eorum quæ negliguntur, statim mouet sensum sui, sed in summa rerum occurrit. Ex orat. 4. contra Philip.

Vt uniuscuiusq; nostrum aliquis est parens, sic totius ciuitatis ciues omnes parentes communes existimare oportet, hisq; decet non solum nõ ex his quæ ciuitas donat, quidquam adimere, immo uerò, si nihil horum esset, aliunde prospicere deceret, ne ullius rei indigentes contemnerentur. Ex oratione 4. contra Philipum.

Vt quemadmodum ille paratum habet exercitum profligandæ, & in seruitutem redigendæ uniuersæ Græciæ, sic uos salutarem & auxiliarem omnibus paratum tanquam in procinctu habeatis. non enim fieri potest ut mittendis subsidijs unquam quidquam rectè commodeq; geratur. Ex orat. de rebus Cherrho.

Vt si quis illorum qui leges uiolarunt, antea damnatus esset, tu ista non scripsisses: sic tu si nunc pœnas dederis, alius non scribet. Ex oratione aduersus Androt.

Quemadmodum exercitum quem ciuitas habet, dissoluere student, ducem & stipendium curantem ei criminantes apud uos, sic ostendant Philippi copias dissolutum iri, si uobis istud persuaserint. Ex orat. de rebus Cherrhon.

Quemadmodum in corporibus nostris quum quis certè ualens & robustus est, nihil eorum sentit, quæ singulatim uitiata sunt, ubi uero ægotauerit, omnia mouetur, siue ruptura, siue luxatio, siue aliud quodpiam membrum non est perfectè sanum: sic & in regnis ac omnibus potestatibus, donec sanè in bellis res prosperè gerunt, obscura & incognita uitia sunt uulgo: sin casus aliquis & damnum præter spem acciderit, omnia omnibus fiunt aperta illorum flagitia. Ex orat. ad Philip.

Si quàm maximè fieri potest, in rem esset loquutus, quemadmodum tum dixit, uos autem per segnitiam & ignauiam neglexissetis, neq; paruissetis, an gestum esset eorum quæ tum ciuitatè euenerè? fieri non potest. sic igitur in ijs quæ ego nunc loquor & quouis alius dixerit facta à uobis ipsis quærite. Ex orat. de rebus Cherrhon.

Videant ut quemadmodum ad interrogandum prompti sunt, sicutiam alacres & promptos ad agendum se præstent. Ex orat. de rebus Cherrhon.

Vt si quis grauia supplicia sceleribus constituat, ipse quidem minimè iniuriam facere paratus esse uidetur: sic si quis honores & præmia bene meritorum tollat, ipse nihil boni facere paratus uidebitur. Ex orat. ad Leptinem.

Vt istorum quisque suis & huius commodis student, ita uos uobis & legibus, mihiq; ipsi ad uos confugienti studete, & hanc sententiam, in qua nunc estis seruate. Ex orat. cont. Midiam.

Si profecto ut modestis poenas sumere sufficeret, ita leges sanxisset, impunitate & licentia fore multos improbos censebat: sin autem ut securis & dicendi peritis, futurum ut priuati homines non possent eodem modo quo illis poenam sumere. Contra Andr.

Quemadmodum reliqui iuris ciuitatis æqua pars inest cuiq; sic quoque legis æquam partem singulis tribuendam esse putauit, qui eam tulit, & propterea scripsit, non licere legem ferre de uiro, nisi eadem ad omnes Athenienses pertineat. Ex orat. contra Aristocrat.

Non hoc solum ciuitatis nostræ donum contemptum & uile euasit, sed etiam reliqua omnia propter sceleratorum, & dijs infestorum oratorum, qui talia sceleriter & consulto scribunt, improbitatem, quorum uita turpiter quæstiosa tam in immensum excreuit, ut honores & munera uestratia, quemadmodum qui paruorum rerum & admodum uilium actionem faciunt, sic uili precio ementes uendunt, & multis ob eum ipsum quæstum statuentes quidquid uoluerint. Ex orat. contra Arist.

Quemadmodum quum in magistratu sunt, priuatos homines existimant oportere sibi morem gerere: ita posteaquam ipsi rursus priuati facti sunt, legibus reip. moderatricibus iure obtemperarent. Ex orat. 2. contra Aristog.

Admonere istum, insania est. qui enim tumultibus, quibus populus uniuersus sibi molestos admonet, nunquam cessit, neque commotus est, unius scilicet alicuius oratione commouebitur? immedicabile Athenienses malum est huius improbitas: itaque quemadmodum medici quum tumorem malignum prædurum quidem, aut ulcus uicina omnia membra depascens, aut aliquod immedicabile malum uiderunt, urunt, aut omnino excidunt, ita uos omnes oportet beluam hanc exterminare, & ex urbe eijcere, nec expectare dum uobis damnum aliquod attulerit, quod absit ut in Reip.

per

pernitiam sit, sed præcauendum est. Ex orat. I. contra Aristog.

Quemadmodum si quis illorum damnatus fuisset, tu ista non scripsisses, sic tu nunc si damnaberis, alius non scribet. Ex orat. contra Androt.

Existimo per Iouem olympium, iudices, non fortuito petulantiam & insolentiam istam subortam esse Androtioni, sed à dea immissam esse, ut quemadmodum qui uictoriæ donaria circunciderunt, ipsi mortem sibi consciuerunt, sic & isti iudicio contendentes perierunt, aut pecuniã duplam iuxta leges persoluerent, aut capitis poenas luerent. Ex orat. contra Timocrat.

Vt alius ciuitatis æquam partem unicuiq; dari uult, sic etiam legum istarum bonæ partis esse unumquemq; cupit. Ex orat. contra Timocrat.

Quemadmodum enim Chalcis in Eubœo loco ad Bœotiam sita est: sic in Cherroneso ad Thraciam sita est Cardianorum ciuitas. Ex orat. contra Aristoc.

Quemadmodum isti sibi ipsis succurrunt aduersus uos, sic & uos oportet uobis ipsis opitulari. Ex orat. contra Timocrat.

Ego enim quemadmodum & istum tot tantaq; retinere conuici, sic & illorum utrunq; non pauciora istis habere ostendam. Ex orat. contra Aphobum. I.

Vos Athenienses, naturæ bonitate, quod dixi, alij erga alios humanitate & clementia utentes, quemadmodum consanguinei qui in eadem domo habitant: sic uos eandem urbem publicè incolitis. Ex orat. I. contra Aristocrat.

Vt quemadmodum uobis ego testimonijs multis & argumentis ostendi matrem meam talentum pro dote attulisse, istud uerò me de paternis bonis non accepisse, uobis autem domum in id constructam exemptam esse: sic & istam iubete uobis iudicare, aut uera non esse quæ dico, aut me non debere dotem recipere. Ex oratione contra Bœotum de dote.

Si semel permiseritis Remp. capeffentibus, ut iniquè & contra leges agant, & præfinitum ius despiciant, necesse erit uos

omnes illorum improbitatis incommodum capere, qui hanc urbem incolimus quemadmodum enim ex erratis quæ in nauibus inter nauigandum contingunt, si quis præsertim nautarum peccet, leue & paruum adfert damnum uerum si gubernator aberret aut delinquat, omnibus simul nauigantibus commune infortunium ac periculum struit ita priuatorum hominum delicta non in plebis, sed in ipsorum incommodum referuntur, magistratum autem & remp. administrantium peccata in uos omnes sparguntur. Ex orat. 2. contra Aristogit.

Quemadmodum iudices, maximè uos ipsi nolletis malè audire à uestris liberis sic nec istum patri conuictum facere sinatis. Etenim graue esset, si ipsi cum ijs, qui in paucorum dominatu multos ciues indicta causa iudicatos interemerunt, reconciliati stetis pactis & conuentis, quemadmodum probos & bonos decet istum, qui cum patre uiuente negotium iudiciale transegit, & multis rebus per iniuriam potentior euasit, nunc memoriam discordiarum renouare permittatis, eiq; maledicere. Ex orat. contra Bœotum.

Quemadmodum publicè ijs omnibus opitulati estis, qui in foedis iugiter laborant, sic & priuatim nunc mihi auxilio sitis et enim si seruus uester, non ciuis essem, uisa ac cognita industria mea & erga uos beneuolentia, leuassetis me sumptibus, & in aliquem alium fugitiuum irruissetis. Ex orat. contra Phœniam.

Peto à uobis iudices, quoniam omnia quæ iusta sunt, declarauimus, fidemq; uobis præstiti, quemadmodum unusquisq; eum à quo iniuria afficeretur, odio haberet, sic pro me aduersus Cononem istum iram euomat, nec talium quidquam proprium existimetis, quod etiam alteri fortè contingere potest, sed cuiusq; tandem euenerit, opem ferte, & quæ iusta sunt tribuite. Ex orat. contra Cononem.

Deinde subdole agit, dicitq; oportere, quam de nobis domo delatam habetis opinionem negligere, ut quum arbitramini pecunias alicui superesse rationem subducitis quod si uera sit subducitio

Etio

Etio, nihilq; supersit, acquiescitis sic nunc quoq; & oratione ijs est assentiendum, quæ rationem præ se ferunt. Ex oratione de Corona.

Cum hortarentur me priuatim omnes, meq; conuenirent ut ad supplicium sumendum de ijs quæ ab eo passus sumus, conuertere mur, & ut eum omnium mortalium ignauissimum incesserent, si tanta mihi cum his sit familiaritas, non exigerem supplicium pro sorore & affinibus & neptibus & uxore mea, quæ neq; apertè in Deos impia fuit, neq; in ciuitatem contumeliosa, legesq; uestras contempsit, ea ad uos adducta, eiusq; sceleribus declaratis & cognitis, eam uestro iudicio subiicerem, ut quidquid uelletis de ea statueretis, & quemadmodum Stephanus iste contra leges & sophismata me meis familiaribus & necessarijs priuauit, sic & ego ingressus apud uos, ostenderem istum peregrinam uxorem contra legem duxisse, alienigenos pueros adducere tunc ad tribules, tunc ad populares, alienas porro despondere filias pro suis, & deorum religionem polluisse, populi auctoritatem irritam & nullam facere, si quem uelit ciuem creare. Ex oratione contra Neeram.

Quemadmodum qui emit, eum uicit qui pecuniam acceperit, sic eum emerit sic qui non accepit pecuniam, neq; corruptus est, uicit eum qui emit. Ex orat. de coron.

Constitu nobilitatis rerumq; maximarum repetita memoria, ita demum orationem coniungere cum egregijs illorum facinoribus, ut quemadmodum natura fuerunt cognati, sic etiam communibus eos laudibus exornem, existimans hæc & illis esse gratissima ac potius utrisque placitura, si mutua uirtute, nedum natura, uerum & laudibus communicent. Ex oratione funebri.

In gentem fortasse excessum memorare uidebimur, dicendum tamen. quemadmodum enim si quis ex hoc consistenti mundo lumen tollat, laboriosa & difficilis reliqua omnis uita futura est sic his uiris sublatis, in tenbras magnamq; turpitudinem

omnis qua antea fulserunt Græci, claritudo incidit. Ex oratione funeb.

Sensi profectò statim ab initio omnem hominem, qui Reip. curam gerit, decere, modò bonus ciuis sit quemadmodum liberi erga parentes, sic erga omnes ciues se habere, beneuolos tamen ferat, qualescunq; fuerint, nam in eiusmodi rebus à sapientibus præclara & illustris uictoria existimatur. Ex 3. epist.

Ego uerò oportere censeo, ac mihi propter id quod dicturus sum ne reclametis & obstrepatis, sed ubi audiueritis, iudicate, quemadmodum de accipiendo ad concionem retulimus, sic etiam de ciuibus in certos ordines redigendis, in comparandis rebus ad bellum necessarijs, concionem assignare, & seipsum præbere, non modò hæc audire uolentem, sed etiam facere cupientem, ut Athenienses bonorum spes habeatis, nec hunc neque illum quid gerat interrogetis. Ex orat. de ord. ciuit.

Fortassis ut neque priuatim facile est omnia rectè agere, sic neq; publicè, sed tamen res maximas negligere non oportet. Ex 24. Procem.

Istis statim ab initio nihil curæ fuit huius syngraphæ, sed ut nostra pro sua usi sunt pecunia, sic sunt hi scelerati sophistæ & iniqui homines. Ex orat. contra Aphobum de falso testimonio.

Quemadmodum Athenienses, scelestos ac profligatos alios qui scelera fatentur, sine iudicio supplicijs affici leges iubent, sic etiam iste, quando quidem leges deprauare deprehensus est, non concessa dicendi potestate, nec auditis eius excusationibus condemnandus erit confessus est enim altera priore lege, se contra ista ferenda haud æquum facere. Ex oratione. contra Timocratem.

Quemadmodum si quale sit argentum, iudicandum esset, illud explorandum & probandum existimaretis, sic etiam postulo, ut habitam orationem ex his quæ uos contra disseruimus, iudicantes, utilem quidem si inuenietis, fauente fortuna sequamini. Ex 39. Procem.

Peto



Peto à uobis quemadmodum ego uobis modestum & utilem me præbui, sic & uos nunc mei rationem habeatis. Ex oratione aduersus Polyclem.

VIRO DE LITTERIS

OPTIME MERITO D. NICOLAO

TARTRERIO MECOENATI

suo Desiderius Iacotius

Vandoperanus S.



V M Philosophici curriculi tempus tua singulari liberalitate erga me penè absoluissem Meccenas, quasi de uia fessus ad Ciceronem tanquam in locum quendam amœnum relaxandi animi caussa mihi confugiendum putauit. Qui enim ab eo de philosophia & eloquẽtia libri uariè copioseq; perscripti sunt, non solum ut nosti, admirabili quadam scientia, sed etiam suauitate dicendi & copia legentium ita mouent animos, ut qui eos in manus sumpserit, deponere nunquam uelit. Hoc unum negotij non nihil exhibere solet, quòd cum magnam partem in eorum philosophorum, qui tum florebant sententijs & præceptis explicandis sit occupatus, libri autem non extent, ex quibus, quid censuerint, possimus cognoscere, hæsitare plerunq; & dubitare solemus, nonnulli etiam ex Platone aut Aristotele depromere aliquid, quanquam alienum, quod rudioribus ad rem facere uideatur, ne in suspicionem ignorantis ueniant. Quod cum doctissimorum uirorum iudicio ineptum intelligerem, philosophos illos prope omnes, quorum sententiæ quædam latinè expressæ sunt à Cicerone, unum in locum, quo ad per uires licuit, conduxi, & nominatim cuiusque decretam uno duntaxat Cicerone conquisita breuiter conscripsi, ut eloquentiæ & philosophiæ studiosi

Bb 5 dispu

disputationum capita, quæ sunt apud Ciceronem in medio posita haberent, & ex Cicerone Ciceronem interpretarentur. Quam re si à me prætermisum quid fuerit, quod equidem in tanta librorum uarietate & opinionum multitudine non dubito, ab æquis librorum alienorum æstimatoribus ueniam peto, & hæc si aliqua ex parte ad palatum fecerint, commodius & uberius me, cum licebit, tractaturum promitto. Alios nihil moror. Te autem Meecenias, ut hoc qualecunque tandem est, æqui boniq; consulas, & dum grauioribus incumbimus, nostra, ut coepisti, studia foueas, uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

Lutetiae VIII. Calend. Ianuarij,

M. D. LIIII.

DESIDERII IACOTII
VANDOPERANI DE PHILO-
SOPHORVM DOCTRINA LI-
bellus ex Cicerone.



VM essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius uarijs & diuersis & in omnem partem diffusis disputationibus à Platone potissimum immortalitati traditis, alius aliud apprehenderet, pro seminata sunt quasi familie dissentientes inter se, & multū disiectæ & dispares: cū tamen omnes se Philosophos Socraticos & dici uellent, & esse arbitrarentur. Inter quos præcipuum locum tenent Academici, Peripatetici, Stoici, Epicurei. De quibus singillatim, & distinctè dicere difficile est, ob eam præcipuè causam, quòd cum eorū decreta queruntur, uariari inter Ciceronis interpretes, & dubitari uidetur. Sed primum illud tenendum est, quòd à uiris doctissimis est animaduersum, Ciceronem omnia prope ex Stoicorum et Academicorum nouorū disputationibus sumere, ex reliquis pau-

ca que

PHILO

que ad am. spergere
 que usurpat, in qua
 se agnoscat. Verum
 Peripateticis & Aca
 præcepta nota

ACADEMIC
 entes, ait Cicero, nom
 soris filium philo
 catem præstantissim
 lonum, & Aristotel
 ipatetici dicti sunt
 at qui Platonis inst
 sum, erant, secum
 nomen habuerunt. C
 rant. nam in spaciou
 Cicerone curricula m
 ter, plerunque in amb
 gatur, ut dixi inter P
 ferebat. Abundanti
 rat utriusq; & eadem
 itio. De quibus multa
 um & malorum. qu
 ni uidemur Græce
 uide etiam olim pro
 i Græcis politici ph
 ipserint, multa de
 letiam exempla in
 num enim illa ipsa, qu
 terunt cum definiem
 ent oratione ornat
 pædide de iustitijs, de

et quaedam aspergere. Cuius rei fidem facere aiunt dialectica, quae usurpat, in quibus Platonicum, aut Aristotelicum nihil prope agnoscas. Verum dicamus articulatè, quoad fieri poterit de Peripateticis & Academicis, tum de ceteris, quorum à Cicero ne praecepta notata sunt, & quaedam Latine expressa.

Academici & Peripatetici.

ACADEMICI & Peripatetici ueteres rebus congruentes, ait Cicero, nominibus differebant. Nam cum Speusippum sororis filium philosophiae quasi haeredem reliquisset Plato, duos autem praestantissimos studio, atq; doctrina xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant in ambulantes in Lycio. Illi aut qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, erant, secum & sermones habere soliti, ex loci uocabulo nomen habuerunt. Quibus tamen nec suae ambulationes defuerunt, nam in spaciosum umbraculis arboribus opacorum, quae à Cicero curricula multiplicium uariorumq; sermonum appellantur, plerunque in ambulantes de philosophia disputabant. Nihil igitur, ut dixi inter Peripateticos, & illam ueterem Academiam differebat. Abundantia quaedam praestabat Arist. Sed idem fons erat utrisq; & eadem rerum expetendarum, fugiendarumq; partitio. De quibus multae sunt illustres laudes. 4. & 5. de Finib. bonorum & malorum, quod eum locum, quem ciuilem rectè appellaturi uidemur Graecè politicon, grauitè & copiosè tractarint. Vnde etiam olim propter eximiam rerum maximarum scientiam à Graecis politici philosophi sunt appellati quod multa de Rep. scripserint, multa de legibus, multa non solùm praecepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerint. Primum enim illa ipsa, quae subtiliter differenda erant, politè, aptèq; dixerunt cum definientes, tum partientes deinde ea, quae requirebant oratione ornatam, et grauem, magnificè sunt dicta ab illis. Plé dide de iustitia, de fortitudine, de amicitia, de ætate de gē dade
philos

philosophia, de capescenda Rep. & fortitudine hominum. Itaque ex hac tanquam ex omnium artium officina innumerabiles in omni genere scientiæ præstantes viros prodixisse ait Cicero. Academici ueteres quidam fuerunt, quidam noui. In ueteribus numerantur à Cicerone Plato, Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor. In nouis Arcesilas, Lacydes, Euander, Egesinus, Carneades, Clitomachus Philosophus. Quorum omnium decreta quia numerabimus suo loco, de ueteribus, & nouis pauca hæc nunc sufficiat in uniuersum posuisse.

Omnem uirtutem esse mediocritatem. Bruto.

Sapientes non semper esse beatissimos. 5. Tusc.

Finem bonorum secundum naturam uiuere, id est frui primis à natura datis. 2. de Finib. & 3. Offic.

Omnem ciuilem orationem in horum altero uersari, aut definita controuersia certis temporibus, ac rebus, aut indefinitè de uniuerso genere quærere. 3. de Orat.

Academici noui.

ACADEMICI noui, cum nihil percipi posse dicerent, in suo ipsi decreto sicut in ceteris rebus fluctuabant, ac de Dijs immortalibus errantem habebant, et uagam sententiam. Hanc Academiam adolescentiorem Cicero & uolaticam appellat, & suis millem, modò huc, modò illuc, philosophiæ ueteris perturbatricem, quàm exoratum cupit ut fileat, submouere non audet. Huius erat institutum aduersari omnibus in disputando, & contra communem opinionem ratione aliqua pugnare, nihil affirmare, inuadere in ea quæ satis scitè ceteris philosophis instructa, & composita erant, & ruinas edere, deniq; quasi desperata cognitione certati, id sequi quod uerisimile uideretur. Solebat uerò is, qui audire uellet, cum quæsiuisset, tacere, tum alius perpetua oratione contra disputabat. Quam disputandi consuetudinem susceperunt Tusculanæ disputationes, ut est in libro de Fato. Huius itaque perpetuum decretum fuit, Nihil posse percipi. 2. Acade. & 1. de Nat.

PHILO

Nat. deorum. Quod
rum & summum ma
assensusq; suos firmo

PERIPATE

communiter ad eorum
sunt, iustitiam dico tem
omnes similes artiumpartem, & tractatione
us magnificentius ap
quandam, uel potiuscongregationem
q; generis hum. a
totam philosophia
natura, differendi adata est, ut nulla pars
ita sit. Quinetiam
sunt ut multa non mnecessaria mathemat
teriam ex rebus per se
tionem attulerunt. Aartiendi, & definien
omnia à philosopho
in commodius fingcum probo, qui eor
am sectam secutus, e
ndi ratio coniungit
nam ea ipsa Peripatetione dicendi talis e
se, nec sine ea orator
pta sunt huiusmodi
Esse in mentibus ho

Nat. deorum. Quod quibusdam adeo placuit, ut extremum bonorum & summum munus sapientis esse dicerent, obsistere uisis, assensusq; suos firmè sustinere.

Peripatetici.

PERIPATETICI cum uiderent nos ita esse natos, ut communiter ad eas uirtutes apti essemus, quæ notæ, illustresq; sunt, iustitiam dico temperantiam, ceterasq; generis eiusdem quæ omnes similes artium reliquarum materia tantum ad meliorem partem, & tractatione differunt, easq; ipsas uirtutes uiderent nos magnificentius appetere, & ardentius, habere etiam insitam quandam, uel potius innatam cupiditatem scientiæ, natosq; esse ad congregationem hominum, & ad societatem, communitatemq; generis humani, eaq; in maximis ingenijs maximè illucere, totam philosophiam tres in partes diuiserunt. Vna pars est, in natura, differendi altera, uiuendi tertia. Natura sic ab ijs inuestigata est, ut nulla pars cælo, mari, terra, ut poeticè loquar, prætermissa sit. Quinetiam cum de rerum initijs, omniq; mundo locuti essent ut multa non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluderent maximã materiam ex rebus per se inuestigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt. Ad placandos animos multa afferebãt, spinas partiendi, & definiendi permittebant. De his sic ait Cicero. Si omnia à philosophicis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Quo magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id est, ex uetere Academia philosophorum sectam secutus, es quorum in doctrina, atq; præceptis disserendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi, & copia. Quamquam ea ipsa Peripateticorum, Academicorumq; consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus. Horum sententiæ, & præcepta sunt huiusmodi.

Esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo
futura

futura presentiant, aut in furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus solutè moueatur, ac liberè. 2. de Diui.

Quæ autem coniectura explicantur, aut euentis, animaduersa & notata sunt, ea genera diuinandi non naturalia, sed artificiosa, in quo Aruspices, Augures, Coniectoresq; numerantur, improbanda. 1. de Diui.

Deos esse, & quatuor ex rebus omnia constare. 4. Tusc.

Plurimum & longè lateq; plurimum tribuendum honestati, sed tamen & in corpore, & extra, esse quædam bona, quæ ex altera parte collocata minimi momenti instar habeant. 2. de Finib.

Tria bonorum genera, maxima animi, secunda corporis, externa tertia. 5. Tusc. 3. Offic. 3. de Finib.

Corporis commodis compleri beatam uitam. 3. de Finib. Mediocritatem esse inter minimum & parum. 1. Offic.

Mediocritatem uel perturbationū, uel morborum animi non probandam, omne enim malum, etiam mediocre magnum esse. 3. Tusculanarum.

Perturbari animos necesse, sed adhibendum modum quendant, quem ultra progredi non oporteat. 4. Tusc.

Perturbationes non solum naturales, sed etiam utiliter à natura datas. uide 4. de Finibus. & primo Officiorum de laudibus fortitudinis, & iracundiæ.

Stoici.

STOICORVM disciplina, quos Cicero in Officijs, Tuscul. de Legibus, Paradoxis, de Natu. deor. sequutus est, quorum denique in omnibus ferè libris plurimas sententias latine expressit, à Zenone profecta est. Zeno enim relicta ueteri Peripateticorum, & Academicorum disciplina, multa in philosophia nouauit. cui mox se Arcesilas opposuit. Alij etiam Stoicorum disciplinam Academiae ueteris correctionem aestimabant. Antiochus enim Stoicorum, et Academicorum, qui Stoica multa usurpabat, sectam cõciliare uoluit, & utrorumq; decreta bona conturbauit.

Et Cicero ait à Peripateticis, quibus alij etiam
nominebus alij etiam
tam dissensionem, quæ
tara effect, quo inueni
nihil, nisi quod bonum
minis, sed de tota p
uide in Antiocho. Doct
rendo prudentiam, id
tudo articulare, et d
iudicandias diligenti
tam reliquerunt. Sal
genus sequebantur
in defendenda ea
uentis conclusiua
aculeos disputatio
Quod est bonum
est, omne honestum
tamè maxime fort
que sententia. Ce
pe absoluti & pe
nt, nisi eorum licent
cus tenentes, quæ si
dicendo, sic morib
philosophicis plu
tes unde uerba est
lantes. Quibusdam
admiratione, re ex
labant arrastimata
dicebantur, eadem
tam uitam compler
m, & late patent, p
progressione dicen
absolutū esse, & u
E

Et Cicero ait à Peripateticis & Academicis omnia transtulisse, nominibus alijs easdem res secutis. Et alio loco una de re esse solum dissensionem, quippe cum antiqui omnes quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in uita, bonum esse decreuerint, Zeno nihil, nisi quod honestum esset putauerit bonum. Alij non de terminis, sed de tota possessione contentionem esse aiunt. Qua de re uide in Antiocho. Doctissimi uiri fuerunt, & omnes ferè in dissendendo prudentissimi. idq; arte faciebant, tum definiendo, tum partiendo articulatè, et distinctè, erantq; architecti pene uerborum. Iudicandi uias diligenter persecuti sunt, inueniendi tamen artem totam reliquerunt. Subtile præterea, uel spinosum potius differendi genus sequebantur, ut est libro tertio de Finibus, qui ferè totus est in defendenda ea disciplina. nam contortulis quibusdam, & minutis conclusiunculis quasi punctis, quæ dumeta & laqueos & aculeos disputationum Cicero nominat, concludebant hoc pacto. Quod est bonum, omne laudabile est. quod autem laudabile est, omne honestum est. Bonum igitur quod est, honestum est. Et tamè maximè forti, et ut ita dicam, uirili ratione utebantur, atque sententia. Ceterum quia uim uirtutis mirificè tenebant, prope absoluti & perfecti, denique soli philosophi iudicati essent, nisi eorum licentiæ Carneades restitisset. Et ut uerba mordicus tenentes, quæ sibi ex ore euelli nolebant, horridiores erant in dicendo, sic moribus quoque duriores euaserant. Ex omnibus philosophicis plurima nominauerunt, studiosissimè exquirentes unde uerba essent ducta, & suo quamq; rem nomine appellantes. Quibusdam etiã nominibus utebantur, quæ prima specie admiratione, re explicata risum mouerent. Aegrotationes appellabant arrastimata, de quibus disputabāt enucleatè. Bona quæ alijs dicebantur, eadem præcipua uel producta dicebant, quibus beatam uitam compleri negant. Item media officia, quæ cōmunia sunt, & latè patent, quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressionem dicendi. rectum uerò quod appellant, perfectum atq; absolutū esse, & oēs numeros habere, nec præter sapientiam

cadere

cadere in quem quam posse, Omologian quoque conuenientiam dicebant, & idoneum communi nomine corporis, & animi uoluptatem. Ceterum portenta & flagitia ab his, ut à poetis dicuntur, multa cum superstitione sollicitudine creduntur, multa etiam præclare, ut ex eorum sententijs & præceptis, quæ acutissime defendebant, intelligi potest. hæc ferè sunt apud Ciceronem.

Deos esse qui mundum administrant quiq; consulant rebus humanis pronian dicunt prouidentiam. 2. & 3. de Nat. deorum. & 4. de Finibus.

Mundum esse sapientem, habere mentem, quæ & se, & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, moueat, regat &c. In Luc.

Fore ut ad extremum omnis mundus ignescat, cum humore consumpto neque terra ali possit, neque remeet aer, cuius ortus aqua omni exhausta non esse possit. 2. de Nat. deor.

Mundum natura constare, & administrari, non ut gleba consistat aut fragmentum lapidis aut aliquid huiusmodi nulla coherendi natura, sed ut arbor, ut animal, in quibus nullatemeritas, sed ordo apparet, & artis quædam similitudo. 2. de Nat. deor.

Aerem interiectum inter mare, & cælum Iunonis nomine consecrari, quæ est soror, & coniux Iouis, quod & similitudo est aeris, & cum eo summa coniunctio. 2. de Nat. deo.

Quatuor ex rebus omnia constare. 4. de Finib.

Fato omnia fieri. de Fato. Fatalem autem illam necessitatem quam eimarmenini dicunt esse, ut quidquid accidat, id ex æterna ueritate, caussarum continuatione fluxerit. 5. Tuscul. 2. de Diuination. in Top.

Multa falsa esse, longe q; aliter se habere, ac sensibus uideantur. In Luc.

Sensus ipsos assensus esse, quos quoniã appetitio consequatur actionem sequi tolli autem omnia, si uisa tollantur. In Luc.

Visa quædam mitti à Deo uelut ea quæ in somnijs uideantur, quæq; oraculis, auspicijs, extis declarantur. In Luc. cat. aliphs dicitur diuination. 3. de Nat. deor. 1. de Diu. 2. refellitur.

Non singulis iecora

sed ita à principiu

signa præcurrere

aribus, alia in ostentis

in furenijs uocantur

Eos anhelitus terra

esse, cum autem si in

amque partem creperit

facere, & ue hinc

si autem nubium con

men. 2. de Diuinat.

Simul atq; natum fi

ad se conseruand

ia sunt eius status

que interitum ui

Plerisque tamen in

tem non esse ponent

Diuinatos anim

1. Tuscul.

Que in terris gigna

tes autem hominum

prodesse possent.

Sapientem gratia m

ignoscere, neminem

non esse neq; exor

simi sint, forma

uant, reges eos aut

hostes, insanos deni

scelus esse nefariu

linaceum, cum opus

Sapientem nihil opi

entiam mutare nar

4. Tusc. Sapien

NON

Non singulis iecorum fossis, aut auium cantibus interesse de-
um, sed ita à principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus
certa signa præcurrerent, alia in extis, alia in auibus, alia in ful-
guribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium uisis,
alia in furentium uocibus. 1. de Diuin.

Eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, uen-
tos esse, cum autem se in nubem induerint, eiusque tenuissimam
quamque partem cœperint diuidere, atque disrumpere, idq; cre-
brius facere, & uehementius, tum & fulgura, & tonitrua existe-
re: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiseric, id esse
fulmen. 2. de Diuinat.

Simul atq; natum sit animal, ipsum sibi conciliari, & commen-
dari ad se conseruandum, & ad suum statum, & ad ea quæ conser-
uantia sunt eius status deligenda: alienari autem ab interitu, ijsq;
rebus, quæ interitum uidentur afferre. 3. de Finib.

Plerisque tamen in principio naturalibus diligendi sui uolu-
ptatem non esse ponendam. 3. de Finib.

Diu mansuros animos, cum corpore excefferint sed non sem-
per. 1. Tuscul.

Quæ in terris gignuntur, ad usum hominis omnia creari, ho-
mines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alij
alijs prodesse possent. 1. Officior.

Sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusquam deli-
cto ignoscere, neminem misericordem esse, nisi stultum & leuem.
Viri non esse neq; exorari, neq; placari. Solos sapientes esse, si di-
stortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem
seruiant, reges: eos autem qui sapientes non sint, fugitiuos, exu-
les, hostes, insanos deniq;. Omnia peccata esse paria. Omne deli-
ctum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum
gallinaceum, cum opus fuerit, quam eum qui patrem suffocauit.
Sapientem nihil opinari, nullius rei penitere, nulla in re falli,
sententiam mutare nunquam. pro Muren. Sapientem omnia recte
facere. 4. Tusc. Sapienti etiam ignoto esse amicū. 3. de Nat. deo.

Amaturum, & amorem ipsum, conatum amicitiae faciendae ex pulchritudinis specie. 3. Tuscul.

Bonum nihil nisi honestum, quo uirtus mista nullam requirit uoluptatem, atque ad bene uiuendum, seipsa est contenta. 1. 2. 3. de Finib. 5. Tusc. 3. Offic.

Nullum esse pilum omnibus rebus talem qualis sit pilus alius. In Luceio.

Voluptatem, sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui nec letitiam nec gaudium in corpore. 2. de Finib.

Non optabiliorem, nec magis expetendam beatam uitam, si sit longa, quam si breuis. 3. de Finib.

Non crescere bonorum finem. 3. & 5. de Finib.

Finem bonorum in una uirtute. 4. de Finibus. id est secundum naturam uiuere. 3. Officio. Quo tria significantur, unum eiusmodi, uiuere adhibentem scientiam earum rerum, quae natura euenirent, ut Zeno alterum ut diceretur officia omnia media, aut pleraque seruantem uiuere. tertium omnibus, aut maximis rebus ijs, quae secundum naturam sint, fruuentem uiuere. Vide 4. de Finibus.

Si ad illam uitam, quae cum uirtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam uitam potius, quod haec adiecta sunt, nec beatiorem tamen fore. 4. de Finib.

Dolorem non esse malum. 2. Tusc. abesse à sapiente aegritudinem. 3. Tusc.

Voluntatem, quae Graecè uoulisis dicitur, id est appetitio eius quod bonum uideatur, ad quod adipiscendum impellit ipsa natura, esse quae quid cum ratione desiderat. 3. Tusculan. Vide initium 4. Tusculanarum.

Ea quae turpia re non sunt, nec uerbis esse flagitiosa. 1. Off.

Modestiam scientiam esse earum rerum, quae aguntur aut decenter suo loco collocandarum. Ordinem uero compositionem rerum aptis, & accommodatis locis. 3. Off.

Urbanitatem esse uirtutem. 3. Epist. Famil.

Omnes

Omnes esse diuites, qui cælo & terra frui possunt. 7. libro
Epist. Familiar.

Nihil esse sapientis præstare nisi culpam. 9. lib. Epist. Famil.

Nihil esse obscœnum, nihil turpe dictu. Nam si quod sit in ob-
scœnitate flagitium, id aut in re esse, aut in uerbo nihil esse ter-
tium. 9. lib. Epist. Famil.

Crepitus æquè liberos ac ructus esse oportere. libro 9. Epist.
Familiarium.

Fugere non esse sapientis. 15. Epist. ad Brutum.

Sapientem non irasci. 3. de Orator.

Eloquentiam uirtutem, ac sapientiam esse. 3. de Orat.

Epicurei.

EPICVRVS à quo Epicurei, à doctissimis quibusque con-
tempti, nominati sunt, homo fuit mollis, & uoluptarius, quasi pue-
ri delicati, nihil cessatione melius existimans, sine arte, sine litte-
ris, insultans in omnes, sine acumine ullo, sine auctoritate, sine le-
pore, cautus, secum pugnans, non tam facetus quam adiocandum
liber. Pamphilum quendam Platonis ait à se Sami auditum. Ibi
enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam
pater eius Neoctes Agripeta uenerat. Sed cum agellus eum non
satis aleret, ludi magister fuit. Nihil olet ex Academia, nihil ex
Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem disciplinis. In Physicis Demo-
critum, in quem tamen fuit ingratus, secutus est. cui adiecit per
pauca mutans, sed ita, ut ea quæ corrigere uult deprauare uidea-
tur. Pleraq; dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem lo-
corum, innumerabilitatem mundorum, eorum ortus, et interitus,
omnia ferè, quibus naturæ ratio continetur. Habuit & Nansi-
phanem magistrum, quod non negat, omnibus tamen contumelijs
uexat, metuens ne quid unquam ab alijs didicisse uideatur. Nam
& Aristoteli, & Phedoni Socratico turpissimè maledixit, &
Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem, quia nescio quid in
Philosophia dissentiebat, totis uoluminibus concidit, & sæpè

in scriptis gloriatus est se magistrum habuisse nullum. Sua quaedam nomina habuit, ut prolepsin Græcè appellauit, quam antea nemo eo uerbo nominarat, anteceptam animo rei quãdam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari potest. Eius selectæ, breuesq; sententiæ, cyriæ doxæ, nominatæ sunt. Eius est & titillationis uerbum, qua uoluptas sensibus adhibetur. Et cum tertium quendam motum diceret oriri extra pondus, & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo, id appellat elachiston. Isonomian quoque, æquabilem tributionem, dixit eam naturam, quæ est in summa illa ui infinitatis, ut omnia omnibus, paribus paria respondeant. Scripsit libros de regula & iudicio, de summo bono, de uoluptate, qui ait Cicero 2. de Diuin. si corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Item de sanctitate, de pietate aduersus Deos. Duos & septuaginta annos uixisse tradunt. Quem familiares, præter quos non ferè in cuiusquam manus ueniebat, tanti fecerunt, ut eius imaginem non modò in tabulis, sed etiam in poculis, & anulis haberent, assererentq; unum uidisse uerum, maximisq; erroribus animos hominum liberauisse, & omnia tradidisse quæ pertinerent ad bene, beateq; uiuendum sed plerosq; minus eo delectari, quòd ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornameta neglexerit. In physicis totus fuit alienus. Dialecticam uerò, quòd in ea planè inermis esset, & nudus, contemnebat & irridebat. Tollebat definitiones, nihil de diuidendo, ac partiendo docebat, non quomodo efficiatur, concludaturq; ratio, tradebat non qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendebat. Si enim, inquit, alter utrum concessero, aut uicturũ cras Epicurum aut non, necessarium esse, necesse erit, cras Epicurum aut uiuere, aut non uiuere. Nulla autem est in natura rerum talis necessitas. In ea Philosophiæ parte, qua mores conformari putantur, ceteris uoluit uideri acutior. Cuius sententiæ, & præcepta sunt huiusmodi.

Deos esse, quòd necesse sit præstantem aliquam esse naturam.
2. de Nat. deor. quodq; in omnium animis eorum notionem im-

presso

preisset ipsa natura
sine doctrina. Noua
Atheniensium cadere
de Nat. deorum.

Nihil curare deos
negligentes, membra ha
bere. In quo circui
de Nat. deorum.

Deorum, quos philo
sophum inter duos lu
narum. 2. de Diuin.
In Deo opem nulla
pellitur.

Deum animantem
mum, nec tamen an
gineum, sed quasi sa
porum concrecionem
3. de Nat. deorum.

Deos beatos esse & e
Deorum opera mundi
sit indiuiduorum & j
uolere ad lineam ferre
tate, complexionibus
se, mundum omnesq; p
de Finibus.

Solem quasi pedalem
non uideatur, aut ma
malum mentiantur.
Nisquam sensus ma
tam posita. Quorum
esse omne iudicium
Nullum in natura reru
Opinionem à perficiat

pressisset ipsa natura. Anticipationem quandam uocat deorum sine doctrina. Nonnullis tamen uisum est, eum, ne in offensionem Atheniensium caderet, uerbis reliquisse deos, re sustulisse. I. & 3. de Nat. deorum.

Nihil curare deos, nec sui, nec alieni, sed monogrammos & nihil agentes, membris humanis præditos, sed eorum nullum usum habere. In quo circuitione quadam deos uidetur tollere ludens. 2. de Nat. deorum.

Deorum, quos perlucidos, & perflatiles induxit, sedem esse, tanquam inter duos ludos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. 2. de Diuin.

In Deo opem nullam, neque gratiam. I. de Natu. deorum, ubi refellitur.

Deum animantem esse, specie hominis, quia sit pulcherrima omnium, nec tamen eam esse corpus, sed quasi corpus, nec habere sanguinem, sed quasi sanguinem. Fugiebat enim indiuiduorum corporum concretionem, ne interitus, & dissipatio consequeretur. 3. de Nat. deorum.

Deos beatos esse & æternos. 2. de Finib.

Deorum opera mundum non esse fabricatum, sed ex atomorum, id est indiuiduorum & solidorum corporum, quæ suo deorsum pondere ad lineam ferretur, qui est naturalis omnium corporum motus, complexionibus, & copulationibus, & adhæisionibus inter se, mundum omnesq; partes mundi, quæq; in eo essent, effici. 1. de Finibus.

Solem quasi pedalem, aut bipedalem, posse etiam minorem esse quam uideatur, aut maiorem, sed non multo, ut oculi aut nihil, aut non multum mentiantur. 2. Acad. & I. de Finib.

Nunquam sensus mentiri, sed omnes ueros esse, in ijsq; iudicia rerum posita. Quorum si unus semel in uita mentitus sit, sublatum esse omne iudicium ueri, & falsi. I. de Finib.

Nullam in natura rerum necessitatem.

Opinionem à perspicuitate seiungendam, quæ ueri contur-

bat cognitionem. 2. Academic.

Quidquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse ponderibus & motibus. 1. de Finib.

Pecudis & hominis idem bonum. 1. Acad.

Ad uoluptatem & dolorem, & quæ fugiamus, & quæ sequamur, referri omnia. 1. de Finib. & 2. omnes animi & uoluptates, & dolores ad corporis uoluptates, & dolores pertinere.

Vltimum bonorum in uoluptate, idq; sensibus iudicari, & commoneri, ut ne argumentandum quidem de eo sit. 1. 2. & 3. de Fin. Voluptatis autem uerbo significari saporem, & corporum complexum, & ludos, atque cantus & formas eas, quibus oculi iucundè moueantur. 3. Tusc.

Summum malum dolorem. 1. de Finib. & 2. Tusc.

Inter uoluptatem, & dolorem nihil medium. Nam omni dolore carere non modò uoluptatem esse, uerumetiam summam uoluptatem, eam enim augeri, amplificariq; non posse. 1. de Finib. & 3. Tusculan.

Non minorem percipi uoluptatem ex contemptissimis escis & potionibus, quàm rebus exquisitissimis ad epulandù. 1. de Finib.

Cupiditatum tria genera, unum earum quæ essent & naturales, et necessariae, alterum quæ naturales essent, nec tamen necessariae, tertium, quæ nec naturales, nec necessariae. quarum nec modus ullus, nec finis inueniri potest. 1. de Finib. reprehenditur quod partem in genere numeret. Duo enim genera esse, naturales, & inanes naturaliũ item duo, necessariae, et non necessariae.

Non posse iucundè uiui nisi sapienter, honestè iustèq; uiuatur nec sapienter, honestè, iustè, nisi iucundè. 1. & 2. de Finib.

Rem definiri non placere. 2. de Finib.

Sapientem semper esse beatum, finitas habere cupiditates, negligere mortem. 3. de Finib.

Honestum expeti propter uoluptatem qui negant, eos inani uoce sonare, uel, ut est in Tusc. 3. uoces inanes fundere. Sic enim loquebatur.

Parere

Parere animam

Tusculanarum.

Leuationem argu-

tionem à cogitanda

templandis. 3. Tusc.

Opinionem malis

et expectatum

malis, nec fieri

Naturales diuitias

contenta. 3. de Finib.

Diuturnitatem te

uoluptatem

sempiterna. 2. de

Nullam in sapien-

Finibus.

Magnum dolorem

2. Tusculan.

Nec gaudere quæ-

Finibus.

Mortem nihil ad

soluitur. 2. de Finib.

Suauiter sapiens, si

curum, quæ iustè

ZENO Citius

ter fuit, homo acutus

lons. Is cum Poler-

peret, & peracutè mu-

et eleganter confuso-

rationem Philosophia-

terat idem, aliter lo-

Parere animum rationi posse, & quo illa ducat, sequi. 3. Tusculanarum.

Leuationem ægritudinis in duabus rebus positam esse, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad uoluptates contemplandas. 3. Tusc.

Opinionem mali ægritudinem esse natura, siue illud antè prouisum & expectatum sit, siue inueterauerit neq; enim uetustate minui mala, nec fieri præmeditata leuiora. 3. Tusc.

Naturales diuitias parabiles esse, quod paruo esset natura contenta. 3. de Finib.

Diurnitatem temporis ad beatè uiuendum nihil afferre, nec minorem uoluptatem percipi in breuitate temporis, quàm si illa sit sempiterna. 2. de Finib.

Nullam in sapientem uim esse fortunæ. 3. Tusculan. & 2. de Finibus.

Magnum dolorem breuem, longinquum leuem. 2. de Finib. & 2. Tusculan.

Nec gaudere quenquam nisi propter corpus, nec dolere. 2. de Finibus.

Mortem nihil ad nos pertinere, quòd sine sensu sit, id quod dissoluitur. 2. de Finib.

Si uratur sapiens, si crucietur, in Phalaridis tauro si erit, dicitur, quàm suaue est hoc, quàm hoc non curo.

Zeno.

ZENO Citieus ex Cipro insula Stoicorum princeps & pater fuit, homo acutus, uerecundiam & libertatem loquendi amans. Is cum Polemonem audisset, ualdeq; subtiliter disserteret, & peracutè mouerentur, Peripateticorum satis copiose & eleganter constitutam disciplinam corrigere conatus est. Partitionem Philosophiæ in tres partes retinuit. In ceteris sentiebat idem, aliter loquebatur, nihilque præter nouitatem

uerborum deferebat. Cui tamen cur hoc faceret, nullam causam fuisse ait Cic. 4. de Fini. ubi de eo multa dicuntur. Si enim ea quæ dicit ita sentiret, inquit, ut uerba significant, nihil inter eum uel Pyrrhonem, uel Aristonem præceptorem interesset. Sin autem eos non probabat, quid attinuit cum ijs, quibuscum re conueniebat, uerbis discrepare? Breuibus & acutulis conclusionibus, quod uellet, efficiebat, similitudine sæpe utens, et uisum, assensum, comprehensionem & scientiã gestu & similitudine manuum distinguebat. Nam cum extensis digitis aduersam manum ostēderat, uisum, inquebat, huiusmodi est. deinde cum paulum digitos contraxerat, assensus huiusmodi tum cum planè compresserat, pugnumq; fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Qua ex similitudine, etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, catalipsin imposuit. Cum autem leuam manum admouerat, & illa pugnum arctè uehementerq; compresserat, scientiam talem esse dicebat, cuius compotem, nisi sapientem esse neminem. Cum eo Academia noua magna rixa fuit. Magnam præterea molestiã primus suscepit, & minimè, ut ait Cic. necessariam commentitiarum fabularum reddere rationem, uocabulorum cur quidque ita appellatum sit, causas explicare. Itaq; cum Hesiodi Theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas, perceptasq; cognitiones deorum. Denique neque Iouem, neq; Iunonem, neque Vestam, neque quenquam qui ita appelletur, deorum habendum numero, sed rebus inanimatis, atque mutis per quandam significationem hæc tributa nomina. 2. de Nat. deorum.

Aethera summum Deum, mente præditum, qua omnia regantur. In Luc. 1. de Nat. deorum.

Quatuor solum initia rerum quintam Arist. naturam non adhibendam. 1. Academ. 4. de Finibus.

Animum ignem. 1. Tusc.

Naturam esse ignem, quæ quidque genuerit, & mentem, atq; sensus. Ignem autem artificiosum ad gignendum progredientem uia. 2. de Nat. deorum.

Deum

Deum esse mundum
nihil enim posse effu
Sensus iunctos e
scus, quam nos uisum
Que uisa sunt, &
gere animorum, quam
Academ.
Visus non omnibus a
primam quandam habere
rentur. Id autem uis
Quod cum acceptum
non appellari, similem
Quod erat sensu
ita erat comprehen
et sin aliter, in scienti
illa & cum falso, inco
scientiam comprehen
et in pr suis numer ar
Sensibus fidem tribu
quæra esset & fidelis
Naturam quasi norm
de postea notiones re
in principia solam, sed
cum uita reperiuntur
Errorem & temerita
opinionem à uirtute se
Naturalem legem ad
mitem prohibentem
Rationem quandam
tam esse. A stri hoc in
nerum; mutationibus
Mundum animantem
non posse animantem, qu
uideo,

Deum esse mundum, eumq; animantem, & ratione præditum. nihil enim posse effici ab eo, quod esset expers corporis. I. Acad.

Sensus iunctos esse è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam nos uisum appellemus licet. I. Acad.

Quæ uisa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionem adiungere animorum, quam esse uult in nobis positam & uoluntariam. I. Academ.

Visis non omnibus adiungendam fidem, sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ uiderentur. Id autem uisum, cum ipsum cerneret comprehensibile. Quod cum acceptum iam, & approbatum esset, comprehensionem appellari, similem his rebus quæ manu prenderentur. I. Aca.

Quod erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellari, & si ita erat comprehensum, ut conuelliratione non possit, scientiam sin aliter, inscientiam, ex qua existeret opinio, quæ est imbecilla & cum falso, incognitoq; communis. Sed inter scientiam, et inscientiam comprehensionem collocari, eamq; neq; in rectis neque in prauis numerari, sed soli credendum esse. I. Acad.

Sensibus fidem tribuendam, quod comprehensio facta sensibus & uera esset & fidelis. I. Acad.

Naturam quasi normam scientiæ, & principium sui dedisse, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur, è quibus non principia solum, sed rationes quædam ad rationem inueniendam uitæ reperiuntur. I. Acad.

Errorem & temeritatem & ignorantiam, & opinionem et suspicionem à uirtute scientiæq; remouendam. I. Acad.

Naturalem legem diuinam esse, eamq; uim obtinere recta imperantem prohibentemq; contraria. 2. de Finib.

Rationem quandam per omnia pertinentem naturam ut diuinam esse. Astris hoc idem tribuendum, tum annis, mentibus, animorumq; mutationibus. I. de natu. deor.

Mundum animantem ratione regi, sapientem, alioqui ex se non posse animantem, compotemq; rationis procreare. 2. & 3. de nat. deo.

Ipsius mundi, qui omnia complexu suo coercet & continet, naturam non artificiosam solum, sed planè artificem, consultricem, & prouidam utilitatum, opportunitatumq; omnium. 2. de natura Deorum.

Contrahi animum & quasi labi atq; concidere, & ipsum esse dormire. 2. de diuinat.

Omnem uim loquendi in duas diuisam partes Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem. 2. de Finibus, & in Oratore.

In una uirtute, quæ est ingenij præstantia, omnia quæ ad beatam uitam pertinent, posita. in Luc. 5. de Finibus & 5. Tusculanarum.

Cetera autem etsi nec bona, nec mala essent, tamen alia secundum naturam, alia naturæ contraria ijs ipsis, alia interiecta & media. Vide in Luc. sub finem & 4. de Finib.

Esse uerum quoddam & simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi. in Luc.

Sapientem etiam si mendicus sit, non beatum modò, sed diuitem, semperq; beatissimum. 5. de Finibus.

Nihil malum, nisi quod turpe & uitiosum sit. 2. Tuscul.

Virtutem non posse constare, si in ceteris rebus esset quidquam, quod aliud alio melius esset aut peius. 4. de Finib.

Dolorem asperum contra naturam, difficilem perpeffu, tristem, durum. 2. Tusc.

Perturbationem siue pathos esse auersam à recta ratione contra naturam animi commotionem, uel appetitum uehementiorem, qui procul absit à naturæ constantia. 4. Tusc.

Pythagoras.

PYTHAGORAS Pherecidis discipulus fuit præstantis sapientia & nobilitate, summa auctoritate, sine ulla hilaritate. Quietem atque otium sequutus à regendis ciuitatibus toum set
ad oca

ad cognitionem rerum transtulit. Cumq; ubi quid esset, quod
 disci posset, eo iudicaret ueniendum, ultimas terras peragrauit,
 Aegyptum lustrauit, & Persarum Magos adiit, difficiles Barba-
 rorum regiones pedibus obiit, multa maria transmisit. Venit eti-
 am Phliuntem, & cum Leonte principe Phliasiorum doctè &
 copiose quaedam differuit, non sine admiratione eius ingenij &
 eloquentiae. Philosophi nomen primus inuenit, cum ante eum sa-
 pientes & haberentur, & nominarentur, qui in rerum contem-
 platione studia ponerent. Inde Superbo regnantè, in Italiam, in
 qua fuit temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberauit
 tenuitq; magnam Graeciam cum honore & disciplina, tum etiam
 auctoritate ac eam & priuatim & publicè exornauit præstan-
 tissimis & institutis & artibus. Locus, sedesq;, ubi uitam edidit,
 in Metaponto est. Doctrina uerò cum longè lateq; flueret, Ro-
 mam permanasse dicitur, idque cum coniectura probabile esse,
 tum quibusdam etiam uestigijs indicari ait Cicero. Quis enim
 est, qui putet, cum floreret in Italia, Graecia potētissimis & maxi-
 mis uiribus ea quæ magna dicta est, in hisq; primum ipsius Py-
 thagoræ, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, ut
 nulli alij docti uiderentur, Romanorum ad eorum doctissimas
 uoces, aures clausas fuisse? Quinetiam arbitratur propter Py-
 thagoreorum admirationem, Numam quoque regem, etsi annis
 permultis ante fuit, quàm Pythagoras, Pythagoreum à poste-
 rioribus existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam, & in-
 stituta cognoscerent, regisq; eius æquitatem, & sapientiam à ma-
 ioribus suis accepissent, ætatem & tempora ignorarent propter
 uetustatem, eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem
 fuisse crediderunt. Pythagoreos autem, qui Philosophi Italici no-
 minantur, carminibus solitos esse dicunt & præcepta quaedam oc-
 cultius tradere solebant enim multa celare alienos, & mentes
 suas à cogitationum intentione cantu, fidibusq; ad tranquillita-
 tem traducere. Præterea si quid affirmarent in disputando, cum
 ex ijs quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, ipse dixit.

ipse

Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. Eius sunt hæc sententia.

Ex numeris & Mathematicorum initijs proficisci omnia. *Academ.*

Aram deorum sanguine non aspergendam. *1. de natura Deorum uide in Diogene Laer. Metempsihosin.*

Animum Deum per naturam rerum omnem intentum & commentem, ex quo nostri animi carperentur. *1. de natura deor. ubi refellitur. delibatos animos ex uniuersa mente diuina. de Sen.*

Tum maximè pietatem, & religionem uersari in animis, cum rebus diuinis operam damus. *2. de leg. in Acad.*

In iussu Imperatoris Dei de præsidio & statione uitæ non dedendum. *2. de Leg.*

Ad harmoniam canere mundum. *1. de natu. deor. uide Somn. Scip. & Arist. 2. de cælo.*

Qui ceteris omnibus pro nihilo habetis, eorum naturam studiosè intuerentur, sapientiæ studiosos, id est enim Philosophos. *5. Tusc.*

Summæ sapientiæ rebus nomina imponere. *1. Tusc. Plato inerat.*

Ad dormiendum, quo in somnijs rectora uideamus, præparato quodam cultu, atq; uictu proficisci oportere, fabaq; abstinerere, quasi eo cibo mens non uenter infletur. *2. & 4. de Diuin.*

Socrates.

IN Socrate uitia quædam Zopirus ex eius forma notauerat. Quæ tamen ipse ratione ita deiecit, ut sanctissimè uixerit, doctusq; planè ac omnibus etiam Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus fuerit, omniumq; eruditorum testimonio, ait Cicero, & totius iudicio Græciæ, cum prudentia, & acumine & uenustate, & subtilitate, tum uerò eloquentia, uarietate, copia quam se cunq; in partem dedidisset, facile princeps, Archelaum Anaxagore

gore

goræ discipulum audiuit. Diuitias ita contempsit, ut in pompa cum magna uis auri, argentiq; ferretur, dixerit, quàm multa non desidero. Nudis pedibus, ijsq; durissimis fere semper erat. Quem fidibus docuit senectute fere confectum nobilissimus fidicen, qui Canus uocitatus est. Dicendi exercitationem exagitauit, atque contempsit cuius tamen sermones ab ijs, qui illum audierunt, cum ipse nullam litteram reliquisset, perscripti uariè copioseq; Cicerone ita studiose legit, ut cum eo uixisse sibi uideri dicat. Dixit pleraq; mirabilia Stoicorum quæ Paradoxa nominantur, primusq; à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolutis, ut sunt numeri, motusq; unde omnia oriuntur, quouè recedant, siderum magnitudines, interualla, cursus & cuncta cælestia, in quibus ante eum Philosophi occupati fuerunt, auocauit Philosophiam, & ad uitam communem adduxit, ut de uirtutibus, & uitijs, omninoq; de bonis rebus, & malis quæreret cælestia autem uel procul esse à nostra cognitione censeret, uel si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene uiuendum conferre, ob eamq; causam cum aiunt Philosophiam de cælo deuocasse, & in domos introduxisse. In omnibus ferè sermonibus, qui à Platone & Xenophonte & Aeschine perscripti sunt diligenter, ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum, eoq; præstare ceteris, quòd illi, quæ nesciant, scire se putent. Ipse se nihil scire id unum sciat, ob eamq; causam se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quòd hæc esset unà sapientia, non arbitrari se scire quod nesciat. Quæ cum diceret constanter & in sententia permaneret, omnis eius oratio tum in uirtute laudanda, & in omnibus hominibus ad uirtutis studium cohortandis consumebatur, perfectum sibi opus esse ratus, si quis satis esset concitatus sua cohortatione ad studium cognoscendæ, percipiendæq; uirtutis. Quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quàm bonos uiros, ijs reliquam facilem esse doctrinam. Sophistarum, qui arrogantibus sanè uerbis docere se profitebantur, quemadmodum causa inferior fieri superior posset, opiniones percontando

tando

tando & interrogando, ut ex Platone intelligi potest, elicere solebat, ut ad ea, quæ hi respondissent, si quid uideretur, diceret, de omnibus disputans. Hac enim ratione contra alterius opinionem differendi facillimè, quòd uerissimum esset, inueniri posse iudicabat. Xantippe eius uxor prædicare solita est, eodem uultu semper se uidisse exeuntem illum domo & reuertentem. Cùm enim mentis, à qua is fingitur, nulla fieret mutatio, erat quoq; semper idem uultus, eademq; frons. Inductione, quæ ex pluribus collationibus peruenit quò uult, quæq; Græcè paragoge nominatur, plurimum est usus in sermonibus, & societatibus faceta etiam & elegantia ironia dissimulantiaq; longè omnibus præstitit. Homo enim minimè ineptus, & idem etiam facetus, cùm de sapientia disputaretur, hanc sibi ipse detrahebat, eis tribuere illudens, qui eam sibi arrogarent, ut apud Platonem, in cælum fert laudibus, Prothagarum, Hyppiam, Prodicum, Gorgiam, ceterosq; se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. Dicuntur ab eo dissociati disertis à doctis, & deinceps à Socraticis omnibus philosophi eloquentiam despexisse, oratores sapientiam hincq; dissidium illud extitisse quasi linguæ atq; cordis, ut alij nos sapere, alij dicere docerent. Scelere tandem et iniquitate iudicium in carcerem coniectus est. in qua nec patronam quæsiuit ad iudicium capitis, nec Iudicibus supplex fuit, quorum magister & dominus uidebatur esse potius quàm supplex aut reus, adhibuitq; liberam cõtumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbia, & supremo uitæ die de immortalitate animorum multa differuit, & paucis ante diebus, cùm facile posset educi è custodia, noluit. cumq; penè iam manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, uerùm in cælum uideretur ascendere, Critoni uero suo familiari dixit sibi post tertium diem esse moriendum. uidisse enim in somnis pulchritudine eximia foeminã, quæ se nomine appellans diceret homericum quendam eiusmodi uersum.

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit.

Quod ut est dictum, sic scribit Plato cõtigisse. Vide de Sepulchro

& Ly

Lyfie orat. in Ap
Ciceronem.

Animos hominum
excedentium. Imp

coram bonis uero & ca

dem reditum patere. T

Bonos, beatos, impru

Bonorum uitam beata

Inter Alcibiadem sim

uitatem haberet, nihil

uilitatem à natura

phior.

Voluptatem nullo loc

em, potioris sitim. T

Omnes in eo, quod so

phos.

PLATO Socratici

& copiosus, doctus &

ula, singulari eloquent

est futurus, cum illi

disfessent. Unde & i

cur, sic loquitur & eum non

uissimum auctorem &

Quem tantifecit, ut i

uiderit, & cum eo errare

uicij a solum auctoritas

uicij & minus esse Phi

uicij tanquam sancto, ay

uicij præcepta commode

uicij, geometria, numeri

uicij fuit præstantissim

et Lysiae orat. in Apoph. Huius ferè decreta sunt hæc apud Ciceronem.

Animos hominum esse diuinos, eorumq; duplices cursus è corpore excedentium. Impijs quoddam iter esse seclusum à concilio deorum bonis uerò et castis, ad deos, à quibus essent profecti, facilem reditum patere. 1. Tusc. et de Amic.

Bonos, beatos, improbos miseros. 5. Tusc. Vide Apoph.

Bonorum uitam beatam. 5. Tusc.

Inter Alcibiadem summo loco natum, et quemuis baiulum, nisi uirtutem haberet, nihil interesse. 3. Tusc.

Utilitatem à natura non esse seiungendam. 1. de Leg. et 3. Officior.

Voluptatem nullo loco numerandam. Cibi condimentum esse famem, potionis sitim. 2. de Finibus et 5. Tuscula. in Apoph.

Omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. 1. de Oratoribus.

Plato.

PLATO Isocratis fuit equalis. Homo uarius et multiplex et copiosus, doctus et planè sapiens ac diuinus, magna uerecundia, singulari eloquentia, et suauitate orationis, quæ promissa est futura, cum illi in cunis paruulo dormienti apes in labelis consedisent. Vnde et Iouem aiunt Philosophi, si Græcè loquatur, sic loqui et eum non dicendi solùm, sed etiam intelligendi grauisimum auctorem et magistrum multis locis Cicero uocat. Quem tantifecit, ut Deum et principem Philosophorum crediderit, et cum eo errare maluerit, quàm cum alijs bene sentire, eius ipsa solum auctoritate fretus. Ab eo etiam qui dissident, plebeios et minutos esse Philosophos putat. Ob eamq; causam à Platone tanquam sancto, augustoq; fonte multa de bene, beatèq; uiuendo præcepta commodè mutuatus, Latinè explicauit. Se in musicis, geometria, numeris, astris ferè contriuit, in quibus etiam fuit præstantissimus. Aegyptum peragrauit, ut à

Sacra

Sacerdotibus barbaris numeros, & cælestia acciperet, post Tarentum ad Archytam, Italiam, ad ceteros Pythagoreos, Eteroaem, Timæum, Acrionem, Locros, ut cùm Socratem expressisset adiungeret Pythagoreorum disciplinam, eaq; quæ Socrates repudiabat, addisceret. Dionem Syracusum & Demosthenem doctrina expoliuit. Remp. non attigit, quia cùm offendisset populum Atheniensem propè iam desipientem senectute, cumq; eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse uidisset, cùm persuaderi diffideret cogi fas esse non arbitratur. Nouam quandam finxit in libris ciuitatem usq; eò illa quæ dicenda de iustitia putabat, à uitæ consuetudine, & à ciuitatum moribus adhorrebant. In ceteris, qui dialogi dicuntur, in quibus locutio & si absit à uersu, tamen quod incitatius feratur, & clarissimis uerborum luminibus utatur, potius poëma putanda, quàm comicorum poëtarum, nihil affirmatur, & in utranq; partem multa differuntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur, omnibus ferè Socrates exprimitur. Iniquitate Dionysij Siciliae Tyranni cui se commiserat, in maximis periculis, insidijsq; uersatus est. Tandem uerò uno & octogesimo anno scribens mortuus. Ab eo una & consentiens duobus uocabulis Philosophiæ forma instituta est de qua diximus in Academicis & Peripateticis. Huius ferè decreta sunt hæc à Cicero ne notata.

Deum { A somaton id est, sine corpore ullo. 1. de Nat. deorum.
Opificem, ædificatoremq; mundi. De Uniuer. Patrem huius mundi, qui quid sit inquirendum non esse. 1. de nat. deo.
Donis ab impijs non esse placandum, cùm uir nemo probus ab improbo se donari uelit. 2. de legib.

Castâ dona Deo consecranda. Vide 2. de Leg.

Ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum à Deo sempiternum. In Luc.

Mentem

Mentem, ideam solam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset. I. Acad.

Duos esse motus, unum suum, alterum externum, quæ sua sponte moueantur, diuina esse. Animum seipsum mouere, nec unquam desinere moueri, sed esse ceteris quæ mouentur, fontem & principium mouendi, & proinde immortalem & æternum. Som. Scip. & I. Tuscul. I. de natu. deor. de Senect.

Animi duas esse partes, alteram rationis participem, alteram expertem. In participem rationis ponit, Pythagoram secutus, tranquillitatem, id est placidam, quietamq; constantiam. In illa altera motus turbidos, tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosq; rationi, qui Græci pathi dicuntur, nostris perturbationes. 4. Tuscul.

Animam triplicem esse, cuius principatus, id est ratio, in capite sicut in arce, ira in pectore, cupiditas subter præcordia. I. Tuscul.

Philosophandi rationem triplicem, unam de uita & moribus, alteram de natura, & rebus occultis, tertiam de differendo. I. Acad.

In ideis, quas rectè species, aut formas possumus dicere, quiddam esse diuinum. I. Acad. eas non gigni, sed semper esse, & ratione, & intelligentia contineri. I. de Orat. cetera, quod oriuntur & intereant, non esse. I. Tuscul.

Mundum sempiternum, animantem, beatum & rotundum, quod ea forma nulla sit pulchrior, Deum item, & cælum, & astra, & terram, & aërem. I. de nat. deo.

Omnem doctrinam ingenuarum & humanarum artium uno quodam societatis uinculo contineri. 3. de Orat.

Memoriam recordationem esse superioris uitæ, & discere nihil aliud quàm recordari. I. Tuscul. & de Senect.

Titanum è genere esse eos, qui ut illi cælestibus, sic hi aduersantur magistratibus. 3. de legib.

Quaecunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secuturam. 3. de Leg. & 1. Epist. Famil.

Ei qui Reip. praefuturus sit, duo tenenda, unum, quidquid agitur, ad utilitatem civium referendum. alterum, totum corpus Reip. curandum. 1. Offic.

Naturales quasdam esse conuersiones rerum. 3. de Diuin.

Philosophos in ueri inuestigatione uersari, eosq; iustos. 5. Tuscul.

Nihil praeter uirtutem bonum. 5. Tuscul.

Oculorum sensum acerrimum. 2. de Finibus.

Poetas ex ciuitate eijciendos, quod neruos omnes uirtutis elidant. 2. Tusc.

Bonos beatos, improbos miseros. 5. Tusc.

Sapientem effici neminem, si bis in die saturus fiat, nec unquam pernoctet solus. 5. Tuscul.

Nihil tam effluere in animos teneros atq; molles, quam uarios canendi modos. 2. de Leg. musicorum cantibus mutatis, mutari ciuitatum status. 3. de Leg.

Iusta funerum ad interpretes religionum pertinere, sepulchrorum nullam partem ex agro culto, eoue, qui coli possit, sumendam. 2. de Leg.

Sic ad somnum proficiscendum corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationemq; afferat. 1. de Diuinat.

Voluptatem malorum escam. de Senect.

Vim neq; parenti, neq; patriae afferendam. 1. Epist. Famil. Vide de reliqua in Apoph.

Aristoteles.

ARISTOTELES Stagiritis longè omnibus, Platone excepto, ingenio, & diligentia praestans, in rebus uel inueniendis, uel iudicandis accerrimus, admirabili quadam scientia et copia ce-
terorum studia restinxit. Platonis alumnus fuit. A quo tamē uno
at qui

ut quidam aiunt, dissentiens in tertio Philosophiæ libro multa turbavit. modo enim menti tribuere omnem diuinitatem, modo alium præfecisse mundo, eiq; eas partes tribuisse asserunt, ut replicatione mundi quadam motum regat, atque tueatur. tum cæli ardorem Deum esse dixisse, cum non intelligeret cælum mundi esse partem, quem alio loco designarit Deum, & primum eas species, quas mirificè magister Plato erat amplexatus, labefactasse. Veteres Philosophos accusans, qui existimassent Philosophiam suis ingenijs esse perfectam, dicebat eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse, sed se uidere, quòd paucis annis magna accessio facta esset, breui tempore Philosophiam planè absolutam fore. Itaque uitæ degendæ ratio maximè quidem illi placuit quæ in contemplatione & cognitione posita rerum quæ quia Deorum erat simillima, sapiente uisa est dignissima, atque ijs de rebus & splendida est eius & illustris oratio. Duo genera eius librorum sunt, unum populariter scriptum, quòd exotericon appellatur, alterum limatius, quod in commentarijs relictum est. Persecutus est omnium animantium ortus, uictus, figuras. tum omnium ferè ciuitatum non Græciæ solum, sed etiam Barbariæ mores, instituta, disciplinas qualem in Rep. principem esse conueniat, qui esset optimus Reip. status docuit, omnemq; hunc ciuilem locum post Platonem principem illustrauit. Grauius & uerè eos reprehendebat, qui has effusiones pecuniarum non admirarentur, quæ sunt ad multitudinem deliniendam. Tandem uerò cum florere Isocratem, cui paulo infensius aduersatus fuisse uideretur, nobilitate discipulorum uideret, quod ipse suas disputationes à causis forensibus & ciuilibus ad maiorem sermonis eloquentiam transtulisset, mutauit repente totam formam propè disciplinæ suæ, uersumque quendam de Philoctete paulò secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum Barbaris, hic autem cum Isocratem pateretur dicere. Itaque ornauit, & illustrauit doctrinam illam omnem, quam pomeridianis horis docebat, rerumque cognitionem cum

orationis exercitatione coniunxit. De Rhetorica scripsit accuratè, eiusq; originem sic docuit. Cùm sublati in Sicilia tyrannis res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens, & controuersa natura, artem & præcepta Siculos Coracem, & Tysiam conscripsisse. Nam antea solitum neminem uia nec arte, sed accuratè tamen & de scripto plerosq; dicere, scriptasq; fuisse & paratas à Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes dicuntur loci. A principe igitur illo, atq; inuentore Tysia ueteres artis scriptores repetitos unum in locum conduxit, & nominatim cuiusq; præcepta magna conquisita cura conscripsit, atq; enodata diligenter exposuit ac tantum ipsis inuentoribus suauitate, & breuitate dicendi præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes qui, quòd illi præcipiant, uelint intelligere, ad hunc quasi ad quendam multò commodiorem explicatorem reuertantur. Huius mos in docendo fuit, ut adolescentes non ad Philosophorum morem tenuiter differendi, sed ad copiam Rhetorum in utranq; partem, ut ornatiùs et uberius dici posset, exercerentur. Idèq; ut in omni causa duas contrarias rationes explicarèt, locos, sic enim appellat, quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis argumentatio, & ad Philosophorum disputationem, & ad hanc qua in causis utimur, inueniretur. Quo factum est, ut Philippus rex sapientissimus hunc filio suo Alexandro doctorem accierit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & eloquendi. Cùm uerò argumentandi genus, quod per ratiocinationem expolitur, summè ab eo esset frequentatum, postea Stoici, qui Dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. Ciceronis temporibus ab ipsis philosophis præter admodum paucos, ignorabatur. Quos in Topicis reprehendit Cicero, quòd non modo rebus his, quæ ab illo dictæ & inuentæ sunt, allici debuerunt, sed dicendi quoq; quadam cùm copia, tum etiam suauitate. Huius sunt decreta, hæc notata à Cicerone.

Deos esse huius mundi moderatores, 2. de Nat. deo.

Muris

PHILO

Mundum non esse

ita tam præclari oper

Quantum esse gen

resq; singulares, quæ

Tusc.

Animum entelechian

con & perennem motio

Eudemii somnio.

Quæ mouentur aut

lat. 2. de nat. deo.

Ortum quorundam

ignenda anim. dia. ap

Somnia fieri ex reli

ans gesseris, aut cog

Omnes ingeniosos, m

nis præ. agiens ac diu

Apud Hyp. anem flui

ti. bestiolas quædam n

Crues cùm loca calida

li formam efficere eum

li. deinde sensum ab ut

ris autum leuari. 2. de

Omnia quæ secundum

la. Diuitias, bonum. 4. d

Honestatem non salum

esse habendam. quæm

Virtutem ad supplicium

Tusc.

Rhetoricam quasi ex d

at.

Tribus in generibus re

ctiuo. deliberatiuo. iudic

la. deliberatiuo. suum. q

Mundum non esse ortum, quod nulla fuerit nouo consilio initio tam præclari operis inceptio. In Luc. 4. & 1. Tusc.

Quantum esse genus uacans nomine, è quo sint astræ, mentesq; singulares, quatuor elementorum dissimile. 1. Acad. m. & 1. Tusc.

Animum entelechian nouo nomine, id est quandam continuatam & perennem motionem. 1. Tusc. Vide 1. de diuina. de animo in Eudemi somnio.

Quæ mouentur aut natura moueri omnia, aut ui, aut uoluntate. 2. de nat. deo.

Ortum quorundam animalium in igne uel æthere, quod sit ad gignenda animalia aptissimus. 2. de nat. deo.

Somnia fieri ex reliquijs in hærentibus earum rerum, quas uigilans gesseris, aut cogitaris. 2. de Diuin.

Omnes ingeniosos, melancholicos, habere etiam aliquid in animis præfagiens ac diuinum. 1. Tusculæ.

Apud Hypanem fluuium, qui ab Europæ parte in pontum influit, bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem uiuant. 1. Tusc.

Grues cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli formam efficere eius enim summo angulo aerem ab aduerso pelli deinde sensim ab utroq; latere tanquam remis, ita pennis cursus auium leuari. 2. de Nat. deor.

Omnia quæ secundum naturam sint, bona, quæ autem contra, mala. Diuitias, bonum. 4. de Finib.

Honestatem non solum expetendam, sed omni pondere grauiorem esse habendam, quam reliqua omnia. 3. Offic.

Virtutem ad supplicium cum beata uita in taurum descendere. 3. Tusc.

Rhetoricam quasi ex altera parte respondere dialecticæ. in Orat.

Tribus in generibus rerum uersari rhetoris officium, demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali. 1. de Iuuent.

In deliberatiuo finem esse utilitatem. 2. de Iuuent.

In oratione numerum, non uersum esse debere. Orat.

Qui pedes seruandi sint, uide ibidem.

Eam figuram, quam Rhetores hypallagen appellant, metonymiam grammatici, ut cum pro Afris immutamus Africam, translationi subiungi, & abusionem, quam catachresim uocant, cum minutum dicimus animum pro paruo. in Orat.

Speusippus.

SPEUSIPPVS à Platone auunculo relictus est, quasi philosophiæ hæres cum Xenocrate in Academia. Censuit uim quandam esse, qua omnia regantur, eamque animalem, uolens euellere ex animis cognitionem deorum. I. de Natu. deor.

Xenocrates.

XENOCRATES Aristotelis discipulus de natura Deorum libros scripsit, in quibus nulla species diuina describitur. Tantopere uirtutem exaggerauit, & extenuauit cetera, & abiicit, ut inde philosophorum grauissimus sit habitus, cum tamen esset hebes & tardus ingenio. Hinc ciues eum testimonium dicentem iurare prohiberunt, uide eius Apoph. Huius uero hæc sunt præcepta.

Nullam esse animi figuram & quasi corpus, uerum numerum, cuius uis in natura maxima esset. I. Tusc.

In uirtute non beatam modo uitam, sed etiam beatissimam. S. Tuscul.

Deos esse octo quinque; eos, qui in stellis uagis nominantur unum qui ex omnibus sideribus, quæ infixæ cælo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus Deus septimum solem octauum Lunam. 2. de nat. deor.

Polemo.

POLEMO Atheniensis cum in adolescentia uoluptarius esset & impudicus, Xenocratis oratione de temperantia seipsum
cotte-

collegit, & eum postea insequutus. Disputauit cum Zenone, sum-
mumq; bonum esse dixit secundum naturam uiuere, finiri tamen
alio. To aliquo. uide 4. Finib.

Crantor.

CRANTOR Solensis xenocratis auditor, Polemonisq;
socius in dicendo fuit, in ueteri Academia uel in primis nobilis.
Scripsit de luctu aureolum, & ut Tuberoni Panætius præcepit,
ad uerbum ediscendum libellum, ubi illud erat, Terinæum quen-
dam Elefium, cum grauitè filij mortem mœreret, uenisse ad Psy-
comanlium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa,
huic in tabulis tres huiusmodi uersiculos datos.

Ignaris homines in uita mentibus errant

Euthynous potitur fatorum munere leto.

Sic fuit utilius finiri ipsiq;, tibiq;.

Nullam posse esse indolentiam tenuit. Nam istud nihil dolo-
re, immanitatis in animo, stuporis in corpore. 2. Tusc.

Chrysippus.

CHRYSIPPVS Solensis Cleanthis discipulus, homo
fuit acerrimo ingenio, qui fulcire porticum Stoicorum dictus
est, in quibus ab eo nihil prætermisum putabatur. Notus enim il-
le uersiculus.

Contra Academicos & Aristonem de summo bono diligen-
tissime disputauit. De quo putabat tres solas esse sententias, quæ
defendi possint aut enim honestatem esse finem bonorum, aut uo-
luptatem, aut utrunq;. Nam qui dicant summum bonum inesse, si
uacemus omni molestia, eos in uidiosum nomen uoluptatis fugere,
sed in uicinitate uersari. Quod facere eos etiam, qui illud idem
cum honestate coniungerent nec multo secus eos, qui ad honesta-
tem primæ naturæ commoda adiungerent. De uoluptate autem
cum honestate non magnam cum ceteris habuit contentionem.
Multum operæ consumebat dum morbis corporum compara-
retur morborum animi similitudo. Cumq; de perturbatio-

Dd 4

nibus

nibus animi disputaret, magnam partem in ijs partiendis, & definiendis erat occupatus. Illa sicut ceterorum Stoicorum perexigua oratio erat, qua mederetur animis, nec eos turbulētos esse pateretur. Studiosē omnia conquirit contra sensus, et perspicuitatem, contraq; omnē consuetudinem, cōtraq; rationē. In quo queri solēbat Stoici ipsum sibi respondentē inferiorē fuisse, & inde armatum Carneadem. Totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam, uno præterea de somnijs, uno de oraculis, quæ innumerabilia collegit, nec ullum, ut erat in omni historia curiosus, sine locuplete auctore, atq; teste. Stoicorum etiam somniorum uerissimus interpretis fuit, & de natura deorum libros scripsit. quorum argumenta sunt 1. & 2. de Diuin. præterea de Legibus. Ex quibus tota de lege Ciceronis disputatio sumpta est, tametsi Platonis exemplo de legibus differitur. Deniq; de Rhetorica, sed sic ait Cicero, ut si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. De dialecticis ab eo maximè est elaboratum. In quibus quædam proponebat, quæ ne ipse quidem potuit dissoluere, quale illud est, Si dicis te mentiri, uerumq; dicis, mentiris dicis autem te mentiri, uerumq; dicis. mentiris igitur. Ad dissoluendas captiones Soritarum uolebat aliquantō prius, quàm ad multa perueniat, quiescere, nec ultra progredi, quod ysycharin dicitur. In hac Stoicorum arte, quæ Ciceronis ætate florebat, parū inter hunc & Diodorum conueniebat, ut Cicero scribit in Epistola quadam ad Varronem. Diodorus enim id solum fieri posse dicebat, quod aut esset uerum, aut futurum esset uerum: ut quidquid futurum esset, id fieri necesse esset, quidquid futurum non esset, id fieri non posset. Chrysippus autem quæ non sunt futura posse fieri, ut frangi hanc gemmam, etiam si id nunquam futurum sit. neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quanquam id millesimo antè anno Appollinis oraculo editum esset. Contagionem etiam probabat, rerum conuenientiam ex coniunctione naturæ & quodam tanquam contactu, cum ipsa rerum natura continuata sit & coherens,

sympa

sympatheian Graecis libertatem re-
tis & principibus
& antecessorem, si
cero de Fato. Cum
Diodorum, qui cen-
cessitatis afferat in
pedocles, Aristotele
fato esse animorum m-
ter honorarius, me
tus, qui necessitate
uerbis utitur suis, de
fati confirmet inuita
solens & ignotum
ar, negationes infir-
a connexa ponens, h-
nicula, & is in mari
lentis porrecta man-
erogatiuncula dele-
ta, quem admodum na-
esset bonum, desiderar-
um. Precepta ab eo
Deum homine meli-
et ordo sempiternus, a-
est. 2. & 3. de Nat. de
Mundo undiq; perfi-
ciam uirtutem, & pro-
Vim diuinam in tati-
no atque mente apsum-
tem uniuersam, tum eu-
tione uerfetur, commu-
noria continentem fata-
arum. Ignem præterea

sympatheian Græci uocant. Itaque fati assertor, uoluntatis libertatem retinebat. Fatum enim non ex necessarijs causis & principalibus necti, sed ex ijs quæ præursionem afferunt, & antecessionem, sine quibus res effici non possit. De quo sic Cicero de Fato. Cum, inquit, duæ sententiæ fuissent ueterum Philosophorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum uim necessitatis afferat, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles altera eorum quibus uiderentur sine ullo fato esse animorum motus uoluntarij, Chrysippus tanquam arbiter honorarius, medium se ferre uoluit, sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animos liberatos uolunt. Dum autem uerbis utitur suis, delabatur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet inuitus. Itaq; æstuans laboransq; orationis genus insolens & ignotum Medicis, Geometris, & reliquis sequebatur, negationes infinitarum coniunctionum potius, quam infinita connexa ponens, hoc modo, Non & natus est quis oriente Canicula, & is in mari morietur. In Ceramico statua eius erat sedentis porrecta manu. Quæ manus significabat illum in hac esse rogati uncula delectatum, Nunquid nam manus tua sic affecta, quemadmodum nunc est, desiderat? nihil sanè. At si uoluptas esset bonum, desideraret. Ita credo. Non est igitur uoluptas bonum. Præcepta ab eo sunt eiusmodi.

Deum homine meliorem, quòd res cælestes, omnesq; quarum est ordo sempiternus, confecerit, quæ ab homine confici non possunt. 2. & 3. de Nat. deorum.

Mundo undiq; perfecto inesse mentem & rationem, & propriam uirtutem, & proinde sapientem, & deum. 2. de Nat. deor.

Vim diuinam in ratione esse positam, & uniuersæ naturæ animo atque mente ipsumq; mundum deum esse, & eius animi fusionem uniuersam, tum eius ipsius principatum, qui in mente & ratione uersetur, communemq; rerum naturam uniuersam, atque omnia continentem fatalem umbram ob necessitatem rerum futurarum, Ignem præterea, & eum, quæ ante dixi & æthera tum ea

Da 5 que

quæ natura fluerent, atq; manarēt, ut aquam, et terram. & aër, Solem, Lunam, sidera, uniuersitatemq; rerum, qua omnia continerentur atque homines iam eos, qui immorta. &c. Vide 2. de Diuinat.

Diuinationem esse uim cognoscentem, & uidentem, & explicantem signa, quæ à Dijs hominibus protendantur. Officium autem eius esse, prænoscere. Dij erga homines mente qua sint, quidq; significant, quemadmodumq; ea procurentur, atque experientur. 2. de Diuinat.

Somniorum coniectionem esse uim cernentem, & explanantem quæ à Dijs hominibus significantur in somnijs. 2. de Diuin.

Ad hostiam deligendam ducem esse uim quandam sentientem, atque diuinam, quæ tota mundo confusa sit. 2. de Diuin.

Animantium alias corpore excellere, alias autem animo, nonnullas ualere utraque re. Cum autem homo in eo genere sit, ut ei tribuatur animi excellentia, summum bonum esse non excellere animo, sed uti nihil esse præter animum. 4. de Finib.

Cetera nata esse hominum causa, & deorum eos autem communitatis, & societatis suæ, ut bestijs homines uti ad utilitatem suam, possint sine iniuria. Qui id conseruaret eum iustum, qui migraret iniustum fore. 2. de Finibus. & 3. de Natu. deorum.

Fruges atque fructus, quos terra gignit, animantium causa, animantes item hominum. Hominem autem ortum ad mundum contemplandum, & imitandum, nullo modo perfectum, sed quandam particulam perfecti, id est mundi. 2. de Natur. deorum.

Sui animali, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam esse. 3. de Nat. deorum.

Aegritudinem lipyn, quasi lysin, solutionem totius hominis appellari. 3. Tusc.

Ad recentes quasi timores animi remedium non adhibendum. 4. Tusc.

Fortitudo

Fortitudinem
tionem animi in p
tem sine timore. 4

Quod prouisum
colanarum.

Detracta utilita
causa porrigendum

Omnia uera in pra
Non ualere in om

essarium est, fieri
Finibus.

Fato omnia fieri
Omnem enuncia

Fato.
In rebus quædam

notetur eo die Socr
ps Laio, quia ita fat

ex ea Oedipum pr
Causarum alia
& proximas. de Fato.

uenit, multa enim d
is, & ita moderatus

uitatem ferret. Infr
tion dicimus, illustra

tion. Athenis uixit, an
genti aliquid uendere

non posse minoris, tu
em, cum Athenis etat
que sic accepimus. P

Fortitudinem esse scientiam perferendarum rerum, uel affectionem animi in patiendō, uel perferendo, summæ legi parentem sine timore. 4. Tuscul.

Quod prouisum ante non sit, id fieri uehementius. 3. Tusculanarum.

Detracta utilitate, ne digitum quidem bonæ famæ uel gloriæ causa porrigendum esse. 2. de Finib.

Omnia uera in præteritis necessaria. de Fato.

Non ualere in omnibus. Si quod primum in connexo est, necessarium est, fieri etiam quod consequitur, necessarium. 1. de Finibus.

Fato omnia fieri. uide ibidem quibus rationibus utatur.

Omni enunciationem, aut ueram, aut falsam esse. de Fato.

In rebus quædam simplicia, quædam copulata. Simplex esse, morietur eo die Socrates copulatū & confatale, nascetur Oedipus Laio, quia ita fatum sit. & concubiturum cum uxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. de Fato.

Causarum alias perfectas & principales, alias adiuuantos & proximas. de Fato.

Theophrastus.

THEOPHRASTVS à diuinitate loquendi nomen inuenit, multa enim disertè copiosèq; dixit uir & oratione sua uis, & ita moderatus, ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferret. Institutus ab Aristotele locum ciuile, quem politicon dicimus, illustrauit, & de magistratibus multa quæ fuit subtilius. Athenis uixit, unde cum percontaretur ex anicula quadam quanti aliquid uenderet, & respondisset illa atque dixisset, hospes non posse minoris, tulit molestè, se non effugere hospitis speciem, cum Athenis ætatem ageret, optimeq; loqueretur. De libris eius sic accepimus. Primum tractauit locos ab Aristotele ante

tractata

tractatos. Stirpium naturas omniumq; ferè rerum, quæ è terra gignerentur, causas atque rationes persecutus est, qua ex cognitione facilius facta est inuestigatio rerum occultissimarum. De beata uita librum scripsit, & de diuitijs, in quo multa præclare, illud absurdè. est enim multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum, taliumq; sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat rectè laudata est hospitalitas. Ceterum taxatus est & libris & scholis omnium Philosophorum, quod in Callistene laudaret illam sententiam. Vitam regit fortuna non sapientia. Callistenes autem illi sodalis erat. Cuius interitum deplorans, rebus Alexandri prosperisangebatur. Itaq; dicebat Callistenem incidisse in hominem summa potentia, summaq; fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conueniret. In eo etiam inconstantie notatur, quod modo menti tribueret diuinum principatum, modo cælo, tum signis sideribusq; cælestibus. Et cum statuisset uerbera, tormenta, cruciatus, patriæ euerfiones, exilia, orbitates magnam uim habere ad malè miserèq; uiuendum, non est ausus elatè & amplè loqui, cum humiliter, demissèq; sentiret. Quam bene non queritur, constanter quidem certè, ait Cicero. Tauriscum quædam dixit, eum actorem auersum solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid pronunciarer. Tandem moriens accusare naturam dicitur, quod ceruis & cornicibus uitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam uitam dedisset. Quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum uita erudiretur. Querebatur enim tum, cum quædam uidere cœpisset extingui. Huius sunt hæ sententiæ.

Esse quædam & corporis, & fortunæ mala, in quibus omnibus qui sit, beatum fore, si sapiens sit. 2. Acad.

Cum fortuna, dolore, cruciatu corporis, beatam uitam nullo modo coniungi posse. 5. de Finib.

In sola uirtute non esse positum beatè uiuere. 1. Acad. & 5. de Fi.

Oratio

Orationem, qua
non astricte, sed rem
ornatum illud
In uerba uerecund

CVM iam Philo
tum exortus est
Arcefilas, qui confu
stortitate delitefere
posse. Cum enim Po

ac ingenij acumi
& peruersa &
monibus Socraticis
sensibus aut animo

non auit, cuius ratio
constituit omne anim
fario nata est epoc
sentiret, ostendere,
disputare. Itaq; Zeno

quædam definitiones la
noua reperiunt, sed
Quod fecisse dic
larum rerum obscuri
luerunt Socratem. C

Anaxagoram, Emp
fieri posse dixerunt
curricula nitæ, opini
ritati relinquere, deinceps
Hoc sic intelligi dic
tarum non modo exp
nem nihil opinari, nec
est Arcefila tum ut

Orationem, quæ quidem sit polita atq; facta quodammodo, non astrictè, sed remissius numerosam esse oportere. 3. de Orat. item ornatum illud suaue, & affluens. Orat.

In uerba uere eundam translationem, 16. Epist. Famil.

Arcefilas.

CUM iam Philosophorum disciplinæ grauissimè constitissent, tum exortus est, ut in optima Rep. T. Gracchus, qui otium, sic Arcefilas, qui constitutã philosophiam euerteret, & in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri, aut percipi posse. Cum enim Polemonem audisset, copiaq; rerum & dicendi uis, ac ingenij acumine plurimum ualeret, multa apertè, perspicueq; & peruersa & falsa persuasit, ac ex uarijs Platonis libris, sermonibus Socraticis, hoc maximè arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit. Hinc recentior Academia emanauit, cuius ratio primo non admodum probata est. Sic igitur instituit omne animi, sensusq; iudicium aspernatus, unde illa necessario nata est epochi id est, assentionis retentio, non quid ipse sentiret, ostendere, sed contra id, quod quisq; se sentire dixisset, disputare. Itaq; Zenoni qui tum florebat, se uehementer opposuit, eiusq; definitiones labefactare conatus est, & ei obtrectare, nihil noui reperiendi, sed emendanti superiores immutationes uerborum. Quod fecisse dicitur non pertinacia, aut studio uincendi, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorantie adduxerunt Socratem, & ueluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt angustos sensus, imbecillos animos, breuia curricula uitæ, opinionibus & institutis omnia teneri, nihil ueritati relinquere, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Hoc sic intelligi dicit Cicero in Lucullo. Nemo unquam superiorum non modo expresserat, sed ne dixerat quidem posse hominem nihil opinari, nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti Visa est Arcefilæ tum uera sententia, tum honesta, & digna sapiente

piante

piante. Quæ fuit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere quidquam posset sapiens, nec opinari sapientis esset. Ille, credo, nihil opinatur, quoniã esset quod percipi posset. Quid ergo? id est uisum credo. Quale igitur uisum? Tum illum ita definiuisse ex eo quod esset, sicut esset impressum & signatum, & effectum. Post requisitum, etiam ne si eiusmodi esset uisum uerum, quale falsum. Hic Zenonem uidisse acutè, nullum esse uisum, quod percipi posset si id tale esset, ab eo quod est, ut eiusmodi ab eo, quod non est, posset esse. Rectè consensit Arcefilas ad definitionem additum, neque enim falsum percipi posse, neq; uerum, si esset tale, quale uel falsum. Incubuit autem in eas disputationes, ut doceret nullum tale uisum à uero, ut non eiusdem modi etiam à falso possit esse. Is cum arderet podagræ doloribus, uisitassetq; hominem Carneades Epicuri per familiaris & tristis exiret, mane quæso, inquit, Carneade noster nihil illinc huc peruenit ostendit pedes & pectus attamen hic malebat non dolere. Huius hæc sunt decreta.

Omnia falsa esse, quæ sensibus uideantur. 1. de Nat. deor.

Sapientem non opinari, & proinde nulli rei assentiri. 2. Aca.

Sapientis uim esse maximam, cauere ne capiat, ne fallatur, uidere. 2. Acad.

Carneades.

CARNEADES Cyrenæus in nouis Academicis quæritus ab Arcefila numeratur. Audiuit enim Egesinum, qui Euan- drum audiuerat, Lacidis discipulum, cum Arcefilæ Lacides fuisset. Diuinã celeritate ingenij, dicendiq; copia uir fuit, nullius philosophiæ partis ignarus, & memoria diuinã dicebat enim se tanquã litteris in cera, sic imaginibus in locis quos haberet, quæ meminisse uellet, perscribere. Multos auditores Athenis habuit, ut Qu. Metellum clarissimum uirum, & Romæ Scæuolam, qui admodum floruerunt. Itaq; cum multa differeret, nouam Athenis Academiam obtinens cum Clitomacho & Aeschime, excitauit

honia

homines non socordes ad ueri inuestigandi cupiditatem. Ab Atheniensibus legatum missum esse ad senatum cum Diogene dicit Cic. 4. Tuscul. Epicureus Zeno quanquam ab eo plurimum dissentiebat, unum tamen præter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuisse facultate. Hinc Cicer. 3. de Orat. ait, Si eximiam dicendi speciem admet Orator, Carneadeam, aut Aristoteleam uim esse comprehendendam. Et de uniuers. Fuit, inquit, uir ille cum ceteris artibus, quæ quidem dignæ libero essent, ornatus omnibus, tum acer inuestigator & diligens earum rerum, quæ à natura inuolutæ uidentur. Denique sic iudico post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodammodo, cum aliquot secula in Italia Siciliaq; uiguisset, hunc extitisse, qui illam reuocaret. In disputationibus nullam unquam rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnauit quam non euerterit. Erat enim in dialectica summus, & egregiè exercitatus. Cuius ignaros sic ludebat, Si rectè conclusit taceo, si uitiosè minam Diogenes reddat. Ab eo enim Stoico dialectica discebatur, hæc autem merces erat Dialecticorum. De Epicureis sic statuit, eos potuisse suam causam sine commentitia atomorum declinatione defendere. Nam cum doceret esse posse quendam animi motum uoluntarium à se ortum, cuius antegressæ, & externæ causæ nullæ essent, id fuit defendi melius, quam introducere declinationem, cuius præsertim causam reperire non possunt. Quo defenso, facile possent Chrysippo resistere. Contra Stoicorum uerò, quos studiosissimè semper refellebat, disciplinam, ingenium eius exarserat, et in omni hac quæstione, quæ de bonis, & malis appellatur, pugnare non destitit, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controuersiam, sed nominum. Nam cum alij externa ne bona quidem dicerent, omnia in animo reponerent, eorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare. Cum enim quæcunque bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda uiderentur, neq; tamen Peripatetici plus tribuerent diuitijs, bonæ ualeitudinis, ceterisq; generis eiusdem quam Stoici cum eare,

NON

non uerbis ponderarentur, causam esse differendi negabat. Moſ eius erat disputandi sicut ceterorū Academicorum, contra omne quod esset propositum, & prouolunt pugnis, & retentionem aurigæ similem faciebat. Tandem uerò nonaginta annos natus obiit.

Decreta

Mortale omne animal, et dissolubile, et diuiduum necessario, quod habeat patibilem naturam. 3. de Nat. deorum.

Nullum corpus sempiternum. 3. de Nat. deo.

Non fato fieri quæcunque fiunt, esse enim multa in nostra potestate. de Fato.

Diuinationem non esse, et si immutabilitas in futurorum ueritate sit, nisi in ijs quæ naturalibus & necessarijs causis continerentur. An enim Iupiter cornicem à leua, coruum à dextra canere iussit? de Fato.

Ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea quorū causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset. Quid enim spectans deus ipse diceret? de Fato.

Duo esse uisorū genera. In uno hanc diuisionem alia uisa esse, quæ percipi possint, alia quæ non possint in altero autem, alia uisa esse probabilia, alia non probabilia. Itaque quæ contra sensus, contraque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem diuisionem contra posteriorem nihil dici oportere. Quare ita placere, tale uisum nullum esse, ut perceptio consequeretur ut autem probatio, multa. Item contra naturam esse, si probabile nihil esset. In Luc.

Virtutem satis habere ad beatam uitam præsidij. 5. Tusc.

Sapientem interdum opinari. In Luc.

Nihil improbè faciendū, etiam si impune fieri possit. 2. de Fin.

Eos qui Rhetores nominarentur, et qui dicendi præcepta traderent, nihil planè scire, neque posse quenquam facultatem assequi dicendi, nisi qui Philosophorum inuenta didicisset. 1. de Orat.

Philo.

Philo

PHILO Antiochi magister, uir magnus fuit, & Academiæ nouæ patrocinium suscepit. Cumq; ille, cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamq; uenisset, Ciceronem habuit auditorem. Negabat duas Academiæ esse, erroremq; eorum, qui ita putabant, uehementissime coarguebat. Alio tempore Rhetorum præcepta tradere, alio Philosophorum instituit, atq; harum caussarum, quæ uniuersæ sunt, uel temporibus, locis, ac rei definitæ, cognitionem, exercitationemq; celebrauit. Epicureos uerò ferre non poterat asperrari molles, et delicatas uoluptates. Summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias ijs ipsis uerbis, quibus erant scriptæ. Porro à Catullo reprehensus est. Dum enim, ait Cic. I. Acad. noua quædam commouet, quòd ea sustinere uix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, et, ut docuit Antiochus, in idipsum se induit quod timebat. Cum enim ita negaret quidquam esse, quod comprehendì posset, id enim uolumus esse acatalipton, si illud esset, sicut Zeno definiret, tale uisum, iam enim hoc pro phantasia uerbum satis hesternò sermone triuimus, uisum igitur impressum, effictumq; ex eo unde esset, quale esse non posset, ut ex eo unde non esset, id nos à Zenone definitum rectissime dicimus &c.

Antiochus.

ANTIOCHVS Philonis, ut dixi, auditor, cum ingenio, scientiaq; excellere putaretur, cū Lucullo quæstore fuit, et post aliquot annos imperatore, ut est in Lucullo Ciceronis ubi de Antiocho multa, quæ hic breuitatis causa omisimus, uarie dicuntur, & aliquot locis reprehenditur, quòd cum Academicum se ueterem profiteretur, tamen à disciplina ueteris Academiæ descisceret, quæ censebat sapientem interdum opinari & inconstantiæ notatur, quòd cum Academiam nouam diu laudasset, postea uituperauerit. Quia in re uidebatur nomimis Academiæ ueteris dignitatem, cum à re descisceret retinere uoluisse, quòd erant qui

Et illum

illum gloriæ causa facerent sperare, etiam fore, ut ij, qui se sequerentur, Antiochij uocarentur. In Bruto sic scribitur. Sex menses cum Antiocho ueteris Academia nobilissimo, & prudentissimo philosopho fui, studiumq; philosophiæ nunquam intermissum, à primaq; ipsius adolescentia cultum, & semper auctum, hoc rursus summo auctore, & doctore renouaui. Postquam uero ipse cœpit, qui se audirent habere, à Philone præceptore non discessit modo, sed contra eum scripsit, & maximè perturbatum dixit. Ceterum Stoicorum fuit astipulator, quanquam ab ijs quibusdam in rebus dissentiebat, librumq; scripsit, in quo Stoicos cum Peripateticis re conuenire dicebat, uerbis discrepare. De quo sic Balbus, ad quem missus fuerat, ait lib. 1. de Nat deor. Miror Antiochum hominem in primis acutum nō uidisse, interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta à commodis non nomine, sed genere toto distinguerent, & Peripateticos, qui honesta commiserent cum commodis. ut ea inter se magnitudine, & quasi gradibus, non genere differrent. Hæc enim est non uerborum parua sed rerum permagna dissensio.

Decreta præcipuè sunt hæc.

In una uirtute positam beatam uitam, sed non beatissimam, s. Tusc. in Luc.

Omnia peccata non esse paria. In Luc.

Præter honestatem multa bona, præter turpitudinem multa mala, quæ & uenientia metuat sapiens necesse est, & uenisse doleat. In Luc. cetera ibidem quære.

Cleanthes.

CLEANTHES, de quo in libris de Natu. deor. multa dicuntur, cum primum pugil fuisset, Athenas uenit, Zenonemq; audiuit unà cum Aristone, & quasi maiorum fuit gentium Stoicus, ingenio obtuso atque hebeti sed laborum patiens, unde & phreantlis Cræcæ dictus est, quod noctu exhauriendis puteis uictum sibi quæreret. Librorum, quos scripsit contra uoluptatem, Cicero

mentio

mentionem fecit, in quibus fingebat formam quandam & speciem Deorum, tum diuinitatem omnem tribuebat astris. Verbis etiam pingere tabulam solebat. Iubebat eos qui audierant, secum ipsos cogitare in tabula uoluptatem, pulcherrimo uestitu, & ornatu regali, in folio sedentem præsto esse uirtutes, ut ancillulas quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut uoluptati ministrarent, & eam tantum ad aurem admonerent, si modo id pictura intelligi posset, ut caueret ne quid perficeret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam, è quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem ad uirtutes sic nati sumus, ut tibi seruiremus, aliud nihil negotij habemus. Ceterum hæc eum præcepisse ait Cicero.

Mundum deum esse, tum totius naturæ menti, atque animo hoc nomen tribuendum, tum ultimum & altissimum, undique circumfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominetur, Deum certissimum. 1. de Natura deorum.

Sidera ignea, idq; duorum sensuum testimonio confirmari, tactus & oculorum. 2. de Nat. deor.

Ali Solem, Lunam, reliquaq; astra aquis alia dulcibus alia marinis. eamq; causam esse, cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemq; brumali, ne longius discedat à cibo. 3. de Nat. deor.

Solem dominari, & rerum potiri. In Luc.

Magnam caloris uim inesse in omni corpore, quod nullus sit tam grauis cibus, quam is die, & nocte concoquatur cuius etiam in reliquijs inest calor, ijs quas natura respuerit. 2. de Nat. deor.

Quatuor de causis in animis hominum informatas deorum notiones. Vna est, quæ est orta ex præsentione rerum futurarum. Altera ex perturbationibus tempestatum, & reliquis motibus. Tertia ex commoditate rerum quas percipimus & copia. Quarta ex actorum ordine & constantia. 3. de Nat. deor. uide hæc latius explicata. 2.

Nihilratione diuinius. 1. de Nat. deorum.

Nihil esse malum quod turpe non sit. 3. Tusc.

Consolantis officium, malum illud omnino non esse, suadere.
3. Tusc.

Diogenes.

DIOGENES Babylonius magnus & grauis Stoicus cum Carneade ad senatum ab Atheniensibus missus est legatus, quod in eo principes temporibus illis, singularis fuisse studia doctrinae uiderent. Is fuit, qui diceret artem se tradere bene disserendi, & uera, & falsa dijudicandi, id est Dialecticam. Quam qui audire uellent, mima ut daretur, fecerat. Chrysispea quaedam retinuit, ut cum in eo libro qui de Minerua inscribitur, partum Iouis, ortumq; uirginis ad Physiologiam traducens, disiungit a fabula: decreta uero reliquit huiusmodi.

Aliquid praedici posse, duntaxat quali quisque natura, & ad quam quisque maximè rem aptus futurus sit, cetera nullo modo posse sciri. 2. de Diuin.

Diuitias non eam modo uim habere, ut quasi duces sint ad uoluptatem, & ad ualetudinem bonam, sed etiam ut ea contineantur non idem facere eas in uirtute neq; in ceteris artibus, ad quas esse dux pecuniae potest, continere autem non potest. 3. de Finib.

Bonum esse id, quod esset natura absolutum. 3. de Finib.

Eudoxus.

EUDOXUS Aeschini filius, Cnidius, Platonis auditor, geometra, medicus, legumlator, & in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps, in scriptis reliquit Chaldaeis, id est Mathematicis, qui ex natalitio sidere futura praesagiunt, quod illa natio siderum obseruadorum peritissima fuerit, in praedictione, & in notatione cuiusque uitae ex natali die minimè esse credendum. 2. de Diuin.

Hecato.

HECATONIS Rhodij, qui Panætium audiuit, & eum
sequitur

sequutus de officijs libros scripsit, præcepta sunt hæc. 3. Offic. Utilitate officium dirigi magis, quam humanitate. & alio loco eiusdem libri.

Sapientis esse nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris.

Alcmæo.

ALCMAEO Crotoniates & Pythagoræ auditor primus auctore Phauorino de naturæ ratione scripsisse uidetur, præcepit uerò Soli, Lunæ, reliquisq; sideribus, animoq; præterea diuinitatem inesse. I. de Nat. deor.

Panætius.

PANAETIUS Rhodius, Posidonij doctor, discipulus Antipatri, Stoicorum princeps fuisse dicitur quorum tamen decreta non omnia rata habebat. Nam & uim esse diuinandi dubitauit, & an mundus ad extremum ignesceret humore consumpto non est ausus affirmare. Præterea Stoicorum tristitiam atque asperitatem fugiens, nec asperitatem sententiarum, nec differendi spinas probauit, fuitq; in altero genere mitior, in altero illustrior. Eum de officijs Cicero correctione quadam adhibita potissimum secutus est. De officijs enim sine controuersia disputa- uerat accuratissimè, ut est lib. 3. Off. Quos libros posteaquam edidit, triginta uixit annos. Scripsit etiam ad Qu. Tuberonem, de dolore patiundo, quid esset, & quale quantumq; inesset alieni, deinde quæ ratio esset perferendi, Platonem omnibus locis diuinum, sapientissimum, sanctissimum, Homerum deniq; Philosophorum appellare solebat, à quo tamen de immortalitate animorum dissentiebat. Hæc præcepit.

Quidquid natum sit interire, nasci autem animos, quod declarat eorum dissimilitudo, qui procreantur quæ etiam in ingenijs, non solum in corporibus appareat. Præterea nihil esse, quod doleat, quin id ægrum esse quoq; possit, quod autem in morbum cadit, uidetiam interiturum dolere aut in animos. Ergo etiam interire.

ue. l. Tu. c.

Ec 3

Ant.

Animum ex igne constare. 1. Tusc.

Dubium esse an ad extremum omnis mundus ignesceret. 2. de Nat. deor. uide Stoic.

Dubium an esset assentiendum & credendum augurijs, quæ ceteri Stoici putabant uerissima. In Luc. & 1. de Diuin.

Prædicta Astrologorū reiicienda. Archelaum enim, & Cassandrum summos astrologos illius ætatis, cū in ceteris astrologiæ partibus excellerent, hoc prædictionis genere non usos. 2. de Di.

Tria genera exquirendi officij esse, unum cum deliberamus honestum, an turpe sit. alterum utile, an inutile. tertium cum hæc inter se pugnare uideantur, quomodo iudicandum sit, qualis causa Reguli, cedere honestum, manere utile. de duobus primis tribus libris præclare differuit. de tertio pollicetur se deinceps scripturum, sed nihil scripsit. Quem locum Posidonius in commentarijs breuiter tractauit. uide 1. 2. Offic. 16. Epist. ad Attic. & 3. Off. ubi hic locus copiosè explicatur.

Solum bonum quod honestum sit. quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neq; accessione meliorem uitam fieri, neque discessione. 3. Off.

Ea quæ uidentur utilia cum honestis pugnare aliquando posse. Nihil uerò utile, quod non idem honestum, nec honestum quod non idem utile sit. 3. Off.

Xenophon.

XENOPHON Grylli filius Atheniensis, Archieus philosophus fuit Socraticus, cuius uoce Musas quasi locutas ferunt. Aiunt eum, auctore Laertio, cum Socratem in angiporto quodam habuisset obuium, porrecto baculo transire prohibitum, percontanti uerò, ubi nam uenirent, quæ humanis usibus sunt necessaria, cum ille respondisset rursus ubi nam boni, ac probi homines fierent, hærente illo dixisse Socratem, sequere igitur & disce: ex eo tempore Socratis auditor factus, Cuius sermones diligenter

PHI
 legentissime scrip
 facit Socratem a
 eundemq; & sole
 autem plures de
 de Platone dixim
 xenophontem Soc
 rit in mundo. C
 figiem nostri imper
 summa gratia ad
 iungitur. Quos qu
 nibus ponere non
 officium diligenti
 uirtus exponitur
 ter nasturcium. S
 titerunt. Cyrum
 redditur enim ter
 mento matris obd
 moriens habuit de
 lege Ciceronem d
 explicat in Orato
 mitem esse cuperet
 à forensi strepitum
 profectus princeps
 Callistenes comes
 Rhetorico pene m
 est usus. & qui illam
 fortasse minus, se
 dulcior. Idem C
 Esse aliquam m
 dem acriorem. & d
 la fuerit in mundo
 Animum immo
 quas perit, intellig

igentissimè scripsit. In quibus, ait Cicero. 1. de Natura deorum, facit Socratem disputantem, formam Dei quæri non oportere, eundemq; & solem & animum deum dicere, & modo unum, tum autem plures deos: quæ sunt iisdem in erratis ferè, quibus ea, quæ de Platone diximus. & 2. & 3. de Nat. deorum. Querit apud xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo. Cyrum scripsit, non ad historiæ fidem, sed ad effigiem nostri imperij, ut est in 1. Epist. ad Qu. fratrem. Cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur. Quos quidem libros non sine caussa Africanius de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum in ijs officium diligentis, & moderati imperatoris. Persarum in ijs uirtus exponitur: quos negat ad panem adhibere quidquam præter nasturcium. Somnia scribuntur, quorum exitus mirabiles extiterunt. Cyrum uerò antiquissimo sepulturæ genere uti facit: redditur enim terræ corpus, & ita locatum, ac situm, quasi operimento matris obducitur. Ceterum de eo sermone, quem Cyrus moriens habuit, de Oeconomico libro, de Agriculturæ laudibus, lege Ciceronem de senectute. Quali autem sermone usus sit, idè explicat in Oratore his uerbis. Nactus sum qui xenophontis similem esse cuperet: cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. & 2. de Oratore. A philosophia profectus princeps xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callistenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem Rhetorico penè more, ille autem superior leniore quodam sono est usus, & qui illum impetum Oratoris non habeat, uehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est ut mihi quidem uidetur dulcior. Idem Cicero eius has sententias Latinè expressit.

Esse aliquam mentem ex ipsa hominum solertia, & eam quidem acriorem, & diuinam. unde enim hanc homo arripuit, si nulla fuerit in mundo? de Nat. deor.

Animum immortalem & deum non apparere, sed ex ijs rebus quas gerit, intelligi: qui cum omni admistione corporis liberatus,

purus & integer esse coeperit, tum sapiens erit. de Senectute.
Deos hanc mundi pulchritudinem tueri & regere. Ibidem.

Eosdem labores non esse æquè graues imperatori, & militi,
quod ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum. 2. Tus.

Democritus.

DEMOCRITVS Milesius xerxe rege magos quosdam & Chaldaeos audiuit, similisq; philosophus quinque certaminum uictori habitus est. Erat enim uerè pentathlos id est quinque certaminum, cum in *Physicis*, philosophia morali, mathematica, liberalium disciplinarum rationibus, artiumq; omnium cognitione excelleret. Itaq; ferè ab omnibus præterquam ab Epicuro, cuius tamen fontibus hortulos suos irrigauerat, laudatus est. de quo sic Cicero in Lucullo. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus, non modo ingenij magnitudine, sed etiam animi, qui ita sit ausus ordiri? Hæc loquar de uniuersis. Nihil excipit de quo non profiteatur. Quid enim potest esse extra uniuersa? Quis hunc philosophum non anteponebat Cleanthi, Chrysippo, reliquisq; inferioris ætatis? Qui mihi cum illo collati quinque classis uidentur. Pauca de uirtute dicit, nec ea ipsa enucleatè. In omnibus uerò libris, quos multos emisit, sermone usus est eleganti, & ornato. Atomorum auctor fuit, siue etiam Leucippus, ut est apud Laertium, & I. de Natura deorum. Quas sic est amplexatus, ut accipere maluerit necessitate omnia fieri, quàm ab ijs naturales motus euellere. Posuitq; uim quandam motus impulsionis, quam plagam ille impellat, Græcè Plutarchus γένεσις κινήσεσσι καὶ πληθύνει. Gloriabatur à gloria se abfuisse, Veni, inquit, Athenas, neque me quisquam ibi agnouit. Deniq; cum putaret impediri animi aciem aspectu oculorum, dicitur oculis se priuasse, ut quam minimè animus à cogitationibus abduceretur. Patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, nihil aliud quærens nisi beatam uitam. Itaq;

617

quum alij sæpè, quod esset ante pedes, nō uiderent, ille in infinita-
tem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret.
Sententiæ & præcepta sunt eiusmodi.

Naturam in profundo ueritatem penitus abstrusisse, in Luc.
Animum, cælum, terras, omnia deniq; atomis, id est leuibus & ro-
tundis corpusculis, indiuiduis propter soliditatem, nulla cogente
natura, sed concursu quodam fortuito effici. Corpuscula autem
illa, quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angu-
lata, curuata quædam, & quasi adunca. I. de nat. deo. I. Tusc. &
I. de Finib. Nulla censet esse Cicero.

Innumerabiles esse mundos & quidem sic quosdam inter se nō
solum similes, sed undique perfectè & absolutè ita pares, ut inter
eos nihil prorsus intersit, omnes uerò oriri, & interire quotidie.
in Luc. & I. de Finib.

Simulacra & imagines diuinitate præditas inesse uniuersita-
tirerum, tum principia, mentesq; quæ sunt in eodem uniuerso
deos esse tum animantes imagines, quæ uel prodesse nobis solent,
uel nocere tum ingentes quasdam imagines, tantasq; ut uniuersum
mundum complectantur extrinsecus. Quod uidetur deos
esse quodam pacto negare. I. & 2. de Natura deorum. & alio lo-
co, Imagines, earumq; circuitus in deorum numero refert, tum il-
lam naturam, quæ imagines fundat ac mittat, tum scientiam, in-
telligentiamq; nostram imagines deniq; illas à corporibus soli-
dis, & à certis figuris fluere.

Nihil esse sempiternum, quia nihil semper suo statu maneat.
3. de Nat. deor.

Animos in somniando externa & aduentitia ui pulsari. 2.
de Nat. deor.

Omnia ita fato fieri, ut id fatum uim necessitati afferat. de
Fato.

Habitu & colore exterorum declarari pabuli genus, & earum
rerum, quas terra procreet, uel ubertatem, uel tenuitatem, salu-
britatem etiam, aut pestilentiam, I. & 2. de Diuin.

E e s

Sine

Sine inflammatione animorum, & sine quodam afflatu quasi furoris poetam magnum esse non posse. 1. de Diuinat. & de Oratore.

Ante lucem gallos cantare, hac de caussa, quòd depulso de pe-
ctore, & in omne corpus diuiso, & modificato cibo, cantus quietè
satiati edunt qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent fau-
cibus rursus cantu, plausuq; premunt alas. 2. de Diuin.

Atomos in infinito inani, in quo nec summum, nec infimum,
nec medium, nec ultimum, nec extremum sit, ita ferri, ut concur-
sationibus inter se cohærescant, ex quo efficiantur ea quæ sint,
quæq; cernantur omnia, eumq; motum atomorum nullo à prin-
cipio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. 1. de Finib. Con-
cursionem autem illam fortuitam concalescentem, & spirabilem,
ad est animam esse. 1. Tuscul.

Beatam uitam in rerum cognitione ponendam quam ex inue-
stigatione naturæ consequimur, ut simus bono animo. Id enim il-
lud summum bonum euthymian & sæpe acacian appellabat, id
est securitatem, quæ est animi tanquam tranquillitas, & animus
terrore liber. 1. & 5. de Finib.

Cyrenæi uel Cyrenaici, & An- nicerij.

CYRENAEORVM, qui minimè contempti Philoso-
phi fuerunt, Philosophia ab Aristippo Cyrenæo manauit. Cum
finem bonorum esse dicerent uoluptatem corporis, id est iucun-
dum quendam & leuem motum ad intimos sensus permanentem,
& quasi in medullis corporis prurientem, iudicium ueritatis in in-
timis sensibus posuerunt. Negarunt enim esse quidquam, quod
percipi possit extrinsecus, ea se sola percipere, quæ tactu intimo
sentiant, ut dolorem & uoluptatem neq; se, quo quid colore, aut
quo sono sit scire, sed tantum sentire affici se quodammodo. In
Luc. 2. de Finib. sic ait. 3. Offic. Ab Aristippo Cirenaici, & An-
nicerij Philosophi nominati, omne bonum in uoluptate posuerunt.

uirtue

PHILO

uirtutemq; censuram
ens esset uoluptati
aditor auctoreq; sen-
uoluptate consentien-
Non omni malo ag-
to malo. 3. Tusc.
In tactu doloru
esse iudicium, quis sen-

ANACHAR

tharum regis frater,
primam uoluptati,
tantum abesse à mor-
pro nihilo pecuniam
5. Tusc.

ANACHAR

Scythicum tegmen, ca-
palpamentu famis. La-
tum me licet, uenias.
ciuis tuis, uel dip m

ANaxagoras Arg

accepit disciplinam. I-
ris, quem ferunt uenisse
mortalem. Que uirtu-
fuerunt cogitata. Et
anicis, uelle ne Cic-
ferri. Nihil necesse e-
tandem uis est. Com-
pen partium, ueluti
tam omnium gignere
his particulas inoffe-

uirtutemq; censuerunt, ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset uoluptatis, quibus obsoletis floret. Epicurus eiusdem ferè adiutor auctorq; sententiæ, neq; tamen cum Cyrenaicis de ipsa uoluptate consentiens. 2. Acad. Item.

Non omni malo ægritudinem effici, sed insperato, nec opinato malo. 3. Tusc.

In tactu doloris aut uoluptatis & eo quidem interiore ueri esse iudicium, quia sentiatur. in Luc.

Anacharsis.

ANACHARSIS Scythes Gnuri filius, Caduidæ Scytharum regis frater, Soloni amicus, dixit uitem uuas tres ferre, primam uoluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris & tantum abesse à morte qui nauigant, quanta est nauis crassitudo. pro nihilo pecuniam duxit. Cuius epistola hæc apud Ciceronem est. 5. Tusc.

ANACHARSIS Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentū fames. lacte, caseo, carne uescor. Quare ut ad quietum me licet, uenias. munera autem ista, quibus es delectatus, uel ciuibus tuis, uel dijs immortalibus dona.

Anaxagoras.

ANaxagoras Aegesibuli filius, Clazomenius ab Anaximene accepit disciplinam. Maxima fuit & grauitatis & ingenij gloria, quem ferunt nunciata morte filij dixisse, sciebam me genuisse mortalem. Quæ uox declarat ijs esse hæc acerba, à quibus non fuerunt cogitata. Et cum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, uelletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset afferri, Nihil necesse est, inquit. Undique enim ad inferos tantundem uie est. Commentus est homiomerian, id est similitudinem partium, ueluti siluam, & materiam, Græcè hylin rerum omnium gignendarum. Censuit enim in singulis rebus particulas inesse similes infinitas, ex quibus compositæ
sine

sint, resq; omnes gigni & interire congregatione & seiunctione particularum similium. Vnde sui operis principio de mente diuina ita scripsit. Omnia simul erant. deinde mentis infinitæ uicinatione omnium rerum descriptio, & modus designatus est, & confectus. contra quod disputat Aristot. 4. primæ Philosophiæ, & Cice. 1. de nat. deor.

Huius igitur decreta sunt hæc.

Materiam infinitam, sed ex ea particulas inter se, minutas eas primum confusas postea in ordinem adductas mente diuina. in Luc. & 1. de nat. deor.

Niuem esse nigram, quòd perspicuum sit aquam nigram esse, unde illa concreta sit, & quòd oculi continenter in ea defixi, mutantur, & se colorem nigrum cernere credant. in Luc.

Anaxarchus.

Anaxarchus Abderites Democritus fuit. Qui cum in manus Neocreontis tyranni incidisset, cui in conuiuio coram Alexandro iniuriam fecerat, nullum genus supplicij deprecatus est, neq; recusauit. Cum enim mortuo Alexandro eum in olmon iniecisset Neocreon, iussissetq; ferreis malleis cædi, ingeminauit. Tunde, tunde Anaxarchi uasculum, nam Anaxarchum nihil teris. Iubente uerò illo ipsius præcidi linguam, aiunt præcisam dentibus in eius faciem conspuisse, tandem excarnificatum esse. Cicero. 2. Tusc. & 3. de nat. deor. Laertius de uita Philosopho.

Anaximander.

Anaximander Milesius summus fuit in Physicis. In primis gnomonem inuenit, oroscopia fabricatus est, ac primus terræ marisq; circuitus descripsit, & spheram construxit. Cicero ait primo de Diuinatione ab eo monitos fuisse Lacedæmonios, ut urbem, ac tecta linquerent, armatiq; in agro excubarent, quod terræ motus instaret, tum cum & urbs tota corruit, & ex monte Taygeto, extrema montis quasi puppis euulsa est. Huius est hæc opinio.

Natla

Natiuos esse deos, longis interuallis orientes, occidentesq; eosq; innumerabiles esse mundos. 1. de nat. deor.

Infinitem naturæ esse, è qua omnia gignuntur. In Luc.

Anaximenes.

Anaximenes Euristrati filius, Milesius Anaximandri auditor, censuit aëra Deum, eumq; gigni, esseq; immensum & infinitum, & semper in motu. primo de natura Deor. sed ea quæ ex eo orirentur, definita gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex ijs omnia, in Luc.

Antipater.

ANTIPATER Tyrius Stoicus fuit, summus in Dialecticis, sed opiniosissimus. Reprehensus est, quod multus fuisset in disputando cum Academicis, præsertim cum id minus subtiliter faceret, & nulla ratio esset cum ijs, qui nihil probarent, disputandi. Duos libros scripsit de Diuinatione, in qua probanda qua ratione usus sit, uide primum de Diuinatione. Athenis tandem mortuus est. Censuit uerò duo præcepta à Panætio prætermissa, ualitudinis curationem, & pecuniæ. 2. Offic.

Antisthenes.

ANTISTHENES Antisthenis filius, Atheniensis fuit, homo acutus magis, quam eruditus ab eo, qui patientiam & duriciem in Socratico sermone adamarat, Cynicorum primùm, deinde Stoicorum penè Cynicorum secta profecta est. Quorum ratio tota est eijcienda est enim inimica uerecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum reprehendunt enim & irrident, quod ea, quæ turpia re non sint, uerbis flagitiosa dicantur illa autem, quæ turpia sunt, nominibus appellentur suis, ut est. 1. Offic. Inter cetera in eo libro, qui Physicus inscribitur, censuit

Populares deos multos, naturalem unum esse. 1. de Natura Deorum.

Archytas Tarentinus.

Archytas

ARCHYTAS Tarentius magnus in primis & præclarus uir fuit. Eum 4 Tuscul. Cicero ait, cum uillico factus esset iratior, dixisse: Quo te modo accepissem, nisi iratus essem? & de Amicitia: Verum illud est, quod à Tarentino Archyta positum, nostros senes commemorare audiui ab alijs senibus auditum: si quis cælum ascendisset, naturamq; mundi, et pulchritudinem siderum, perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, si aliquem cui narraret, habuisset. Nearchus Tarentinus se à maioribus natu accepisse dicebat, illum oratione, quæ est in libro de Senectute, persuadere uoluisse, nullam capitæ liorem pestem, quàm corporis uoluptatem hominibus à natura datam. Cui sermoni interfuit Plato Atheniensis, quem Tarentum uenisse L. Aemilio, Appio Claudio consulibus, eodem loco ait Cicero.

Archymedes.

ARCHYMEDES ex Syracusana urbe summo ingenio fuit ac disciplina, in quo tantus studij ardor fuit, ut dum in puluere quædam describeret attentius, ne patriam quidem à Marco Marcello captam esse senserit, cuius interitum princeps tulit moleste. Eum arbitrantur, ait Cice. 2. de natu. deor. plus ualuisse in imitandis sphaeræ conuersionibus, quàm naturam in efficiendis, præsertim cum multis partibus sint illa perfecta, quàm hæc simulata solertius, & c. 1. Tus. Cum Archymedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in sphaeram alligauit, effecit idem, quod ille qui in Timæo mundum ædificauit Platonis deus, ut tarditate & celeritate dissimillimos motus una regeret conuersio. Quod si in hoc mundo fieri sine deo potest, ne in sphaera quidem eosdem motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari. Idem dicit 3. Tusc. se, cum quæstor esset, ignoratum à Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum undiq; ac uestitum uepribus & dumetis indagasse sepulcrum. Tenebam enim, inquit, quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam: qui declarabant in summo sepulcro sphaeram positam esse cum cylindro. Censuit,

Multis

Multis partibus solem, qui Deus est, maiorem esse quam terram. In Luc.

Aristoxenus.

ARISTOXENUS Philosophus ætatem ferè consumpsit in Musicis. Putauit animum esse harmoniam intensionem enim ipsius corporis quandam uelut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura, & figura uarios motus cieri, tanquam in cantu sonos. 1. Tusc. ubi refellitur.

Aristippus.

ARISTIPPVS Cyrenaicus cum Socratis famam communi omnium sermone in dies percrebrescere uideret, Athenas ad eum audiendum profectus est. Qui cum se totum uoluptati dedisset, quasi animum nullum haberet, uoluptatem summum bonum posuit. Ob eamq; causam xenophon in eum scripsit contra uoluptatem, eamq; Socrati disputationem tribuit. Plato quoque in libro de animo illum conuictij agit. Non erubuit, cum esset obiectum habere eum Laida. Habeo, inquit Laida, non habeor à Laide. Cicero in Epistolis & secundo de Finibus, Omnes simplices sententias eorum, in quibus nulla est uirtutis adiunctio, omnino à Philosophia semouendas puto. Primum Aristippi, Cyrenaicorumq; omnium qui ab eo sunt profecti, quos non puduit in ea uoluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere, contemnentes istam uacuitatem doloris. Hi non uiderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res ut ait Aristoteles, intelligendum & agendum esse natum, quasi mortalem Deum contraq; ut tardam aliquam, ut languidam pecudem ad pastum, & procreandi uoluptatem hoc diuinum animal ortum esse uoluerunt quo nihil mihi uidetur esse absurdus. Atque hæc contra Aristippum, qui eam uoluptatem non modo summam, sed solam etiam dicit, quam omnes unam appellamus uoluptatem, idq; ex eo intelligi uolebat, quod omne animal, simulatque natum

est, uoluptatem asciscat ut summum bonum, & reprobet dolorem ut summum malum. Indolentiam autem & doloris uacuitatem, quam tuetur Epicurus, non putabat uoluptatem, ut dixi, neque priuationem uoluptatis dolorem, quia uoluptas & dolor uersantur in aliquo motu iucundo aut aspero. Sapientem uero & beatum esse, non qui sit in perpetuis uoluptatibus, sed qui maiore ex parte deus fruatur. In Luc. 1. & 2. de Fin. 2. Tusc. 3. Offic. & 3. de Orat.

Aristonij.

TRES potissimum sectæ à scholis explosæ, & eiectæ fuerunt, Herilliorum, Megacicorum, siue Eretriacorum, & Aristoneorum, siue Pyrrhoneorum. Aristonei ab Aristone Chio profecti sunt. is cum Zenonis fuisset auditor, reprobauit illa, quæ ille uerbis, nihil esse bonum, nisi uirtutem, neque malum, nisi quod uirtuti esset contrarium. Rerum delectum nullum ponebat. cæquabat omnia. De quo sic est apud Ciceronem quarto de Finibus. Ex his angustijs ista euaserunt deteriora, quam Aristonis, illa tamen simplicia, uestra uersuta. Roges enim Aristonem, bonane ei uideantur hæc, uacuitas doloris, diuitiæ, ualetudo? nihilo magis. Zenonem roges respondeat totidem uerbis. Admirantes quæramus ab utroque, quonam modo uitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus, ualeamus, ægri nescimus, uacemus, an cruciemur dolore, frigus tamen propulsare possimus, necne possimus. Viues, inquit Aristo, magnifice, atque præclare quod erit cunq; uisum ages, nunquam angere, nunquam cupies, nunquam timebis. Quid Zeno? portenta hæc esse dicit. Item secundo de Finibus. Aristoni & Pyrrhoni uisum est, ut inter optimè ualere, & grauissimè ægrotare nihil prorsus interesset. Contra quos recte iam pridem desitum est disputari. Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent, nec ei quicquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur, uirtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Hoc tenuit.

Fors

PHIL

Formam dei
um etiam omnino de
Summum bonum
aphora ab ipse de
ferentia, ut si qui in
tutem & uirtutem nulla
& 5. de Finib. & 1. O
In medijs e e mona
Esse quedam, a
quod cuiq; in mentem
ret. 4. de Finib.
Nihil differre di
& uitia, inter quas
Præter uitia, atq;
aut appetendam. 5. de
Nocere adirentia
pretarentur posse en
schola exire. 3. de nat.
BIAS unus e sept
sententia. Nullam uice
quam eius qui dixisset a
rus. de Amicit. Vide Ag
CALIPHONI
pturum se sectarum con
uoluptatem, tanquam
quam honestatem sic est
ge ac retro posuerit. Et
fuit. Ad honestatem ad
ribus, & 5. Tusculanaru
bono numero. Quæra

Formam dei intelligi non posse, neq; in Dijs sensum esse dubium etiam omnino deus animans necne sit. 1. de nat. deo.

Summum bonum, in rebus neutram in partem moueri quæ adia phora ab ipso dicitur. in Luc. Quo uerbo significatur indifferentia, ut si quis indifferenter uixerit, & promiscuè inter uirtutem & uitium nulla habita ratione huius uel illius. Vide 2. 3. 4. & 5. de Finib. & 1. Offic.

In medijs ea momenta, quæ Zeno uoluit, nulla esse. in Luc.

Esse quædam, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quod cuiq; in mentem incideret, & quodcunq; tandem occurreret. 4. de Finib.

Nihil differre aliud ab alio, nec esse res ulla præter uirtutes & uitia, inter quas quidquam omnino interesset. 4. de Finib.

Præter uitia, atq; uirtutes nullam esse rem aut fugiendam, aut appetendam. 5. de Finib.

Nocere audientibus Philosophos ijs qui bene dicta malè interpretarentur posse enim a sotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire. 3. de nat. deor.

Bias.

BIAS unus è septem sapientibus habitus est. Cuius illa est sententia, Nullam uocem inimiciorem amicitie potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esset osurus. de Amicit. Vide Apoph.

Callipho.

CALIPHONEM reprehendit Cic. 3. Offi. qui dirempturum se sectarum controuersiam putauerat, si cum honestate uoluptatem, tanquam cum homine pecudem copulauisset. quam honestatem sic est amplexus, ut omnia, quæ sine ea sint, longè ac retro posuerit. Hoc igitur unum eius perpetuum decretum fuit, Ad honestatem adiungi uoluptatem oportere. 2. & 5. de Finibus, & 5. Tusculanarum, ubi omnium ferè sententias de summo bono numerat, Quæramus, inquit, unam quamque reliquorum

Ff sententia

sententiam si fieri potest, ut hoc præclarum quasi decretum beate uitæ possit omnium sententijs, & disciplinis conuenire. Sunt autem hæc de Finibus, ut opinor, retentæ defensæq; sententiæ. Primum simplices quatuor nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici nihil bonum nisi uoluptatem, ut Epicurus nihil bonum nisi uacuitatem doloris, ut Hieronymus nihil bonum, nisi naturæ primis bonis aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos differebat. Hæc igitur simplicia, illa mista tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici, nec multo ueteres Academici secus. Voluptatem cum honestate Clitomachus, & Callipho copulauit. Indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit. Hæc sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habent. Nam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli nonnullorumq; aliorum euanuerunt.

Clitomachus.

CLITOMACHVS Pœnus, ualde studiosus ac diligens, usque ad senectutem cum Carneade præceptore fuit cui tandem successit in Academia, & eius dicta maximè illustrauit. Scripsit librum ad C. Lucilium poetam, cum scripisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, eum qui cum M. Manilio Consul fuit, in quo hæc sunt, auctore Cic. in Luc. Academicis placere esse rerum eiusmodi similitudines, ut aliæ probabiles uideantur, aliæ contrà. id autem non esse satis, cur aliæ percipi posse dicas, aliæ non posse, propterea quod multa falsa probabilia sint, nihil autem falsi perceptum & cognitum possit esse. Itaque ait uehementer errare eos, qui dicant ab Academicis sensus eripi, à quibus nunquam dictum sit, aut colorem, aut saporē, aut sonum ullum esse. illud sit disputatū, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, ueri & certi notam. Quæ cum exposuisset, adiungit, dupliciter dici assensus sustinere sapientem uno modo, cum hoc intelligatur omnino eum rei nulli assentiri altero, cum se à respondendo, ut aut probet quid, aut improbet sustineat, ut neque neget aliquid, neque aiat.

Id

Id cum ita sit alterum placere, ut nunquam assentiatur alterum tenere, ut sequens probabilitatem, ubicunque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non, respondere possit nec, ut placeat eum qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, moueri tamen & agere aliquid, reliquit eiusmodi uisa, quibus ad actionem excitemur. Item ea quæ interrogati in utranque partem respondere possumus, sequentes tantummodo quod ita uisum sit, dum sine assensu neque tamen omnia eiusmodi uisa approbari, sed ea, quæ nulla re impedirentur. De Carneade scripsit ita Hercules quendam laborem exantlatum à Carneade, quòd ut feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem & temeritatem extraxisset. Item Carneadem dicere solitum, nusquam se fortunatiorem, quàm Præneste uidisse fortunam. Misit etiam euersa Carthagine librum consolandi caussa ad captiuos ciues suos. In eo est disputatio scripta Carneadis, quam ait in commentarium retulisse, cum ita positum esset uideri fore in ægritudine sapientem patria capta quæ contradixerit Carneades scripta sunt. tenuit Academiam cum Carneade & Aeschine, & uoluptatem cum honestate copulauit.

Cratippus.

CRA TIPPVS Ciceronis familiaris, eiusq; filij præceptor, quem summis Peripateticis parem iudicabat, summa auctoritate & eruditione uir fuit, Athenisq; docuit illius ætatis philosophorum princeps. De quo scriptum ita est 16 Epist. Famil. Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse coniunctissimum nam cum & audio eum libenter, tum etiam eius propriam suauitatem uehementer amplector. Ex ipsis exemplis uerarum uaticinationum, & somniorum solebat rationem concludere hoc modo si sine oculis non potest extare officium, & munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere qui uel semel ita est usus oculis, ut uera cerneret, is habet sensum oculorū

Ff 2 uera

uera cernentium. Item igitur, si sine diuinatione non potest & munus diuinationis extare, potest autem quis, cum diuinationem habeat, errare aliquando, nec uera cernere, satis est ad conformandam diuinationem, semel aliquid ita esse diuinatum, nihil ut fortuito cecidisse uideatur. Sunt autem eius generis innumerabilia esse igitur diuinationem. Censuit etiam animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos, & haustos. Vide 1. & 2. de Diuin. 1. 2. & 3. Offic. Brut.

Critolaus.

CRITOLAUS, qui simul cum Diogene fuit, Aristotelem imitari uoluit, & quidem est grauitate proximus, & redundat oratio tamen in patrijs institutis manet, ut ait Cicero. 2. de Oratore, & 5. de Finibus. Is cum ad alteram lancem libræ animi bona imponeret, in alteram corporis, & externa tantum propendere illam boni lancem putabat, ut terram & maria deprimeret. 5. Tuscul.

Diagoras.

DIAGORAS omnino deos esse negabat hinc atheos dictus est, postea q; Theodorus. 1. & 3. de Nat. deor.

Dicearchus.

DICEARCHVS Peripateticus magnus fuit, & copiosus, Aristoxeni æqualis & condiscipulus. Ei magna controuersia fuit cum Theophrasto, quod ille id uitæ genus, quæ in actione posita est, longè omnibus anteponeret, hic autem quæ in contemplatione. Multa scripsit, in primis tres libros, qui Lesbiaci uocantur, quod Mitylenis sermo haberetur. Primo libro multos loquentes facit duobus Pherecratem quendam Pythiotam senem, quem ait à Deucalione ortum, differentem inducit, nihil esse omnino animum, & hoc esse nomen totum mane, frustra q; animalia & animantes appellari neq; in homine inesse animum, uel animam, nec in bestia uim q; omnem eam, qua uel agamus quid, uel sentiamus, in omnibus corporibus uiuis æqualiter esse fusam, nec

sepa

separabilem à corpore
corpus unum, & sum
uiget & sentiat, ad
erat animi, quid & qu
interitu hominis, ut ei
ut. Vide 1. Tuscul. 1. 2.

tem. 5. de Finib.

rim fuit, quem Lam
le dicit, Philosophus
dilectici dicebantur.

le cum locus esset, in p
antea uersabatur, &
tar, cum q; ei libri no
non egebat, tamen qu

trie munus turbatur,
quamq; lineam scriber
bentur Academici per
essent, sine natur diu
neades diuinationem e
quod futurum dicunt, q
qui uoluit fieri posse ut
in Chrysp.

Diog

DIOGENES

bus uicit, summus fuit
ter deo, 2. de natu. Deo

separabilem à corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quidquam corpus unum, & simplex ita figuratum, ut temperatione naturæ uigeat & sentiat, ad quod credendum inductus est, quia difficilis erat animi, quid & qualis sit, intelligentia. Scripsit etiam & de interitu hominis, ut est 1. Offic. & duo genera diuinandi probauit. Vide 1. Tuscul. 1. de natu. deo. & 2. Epist. ad Attic.

Dinomachus.

DINOMACHVS uoluptatem adiunxit ad honestatem. 5. de Finib.

Diodorus.

DIODORVS fuit ualens, ut ait Cicero, dialecticus. Is enim fuit, quem Laertus cognomento Chronum appellatum fuisse dicit, Philosophus ex Megarica schola eorum, qui eristici & dialectici dicebantur. Cuius dialectica imbutus Arcefilas fuerat. Is cum locus esset, in philosophia multo etiã magis assidue, quam antea uersabatur, & cum fidibus Pythagoreorum more uteretur, cumq; ei libri noctes & dies legerentur, quibus studijs oculis non egebat, tamen quod sine oculis fieri posse uix uidetur. Geometriæ munus tuebatur, uerbis præcipiens discentibus, unde, quod quamq; lineam scriberent. Huius sententia aduersus Stoicos utebantur Academici peridynaton, ut uera ex æternitate futura essent, sine naturalium causarum antecessione ac proinde Carneades diuinationem esse negabat. Censebat enim Diodorus, quod futurum dicunt, esse necessarium, à Chrysippo dissentiens, qui uoluit fieri posse ut non eueniat. Vide Ciceronem de Fato. & in Chrysip.

Diogenes Apolloniates.

DIOGENES Apolloniates, qui Anaxagoræ temporibus uixit, summus fuit in Physicis Anaximenis auditor. Aere utitur deo, 1. de natu. Deor.

Ff 3 Diogea

DE DOCTRINA
Diogenes Cynicus.

DIOGENES Cynicus improborum posteritates, secundasque res redarguere uim omnem deorum ac potestatem dixit. 1. & 3. de Natu. Deor.

Dionysius Heracleotes.

HERACLEOTES Dionysius cum à Zenone fortis esse didicisset, à dolore deuictus est. Nam cum ex renibus, uel, ut est 5. de Finib. oculis laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore ipse sensisset. Quem cum Cleanthes condiscipulus rogaret, quænam ratio eum de sententia deduxisset, respondit, quia cum tantum operæ philosophiæ dedissem, dolorem tamen ferre non possem, satis esse argumenti, malum esse dolorem. Plurimos annos in philosophia consumpsi, nec ferre possum malum est igitur dolor. 1. Tusc.

Empedocles.

EMPEDOCLES Agrigentinus Parmenidis æmulus, uel, ut Hermippo placet, xenophanis, carminibus Græcis uaticinatus est, & Physice docuit. Qualia sunt

Quæ in rerum natura, totoque mundo constant, quæque mouentur, ea contrahere amicitiam, dissipare concordiam. de Amic.

Quatuor naturas, ex quibus omnia constarent, diuinas esse. 1. Tuscul.

Animum, cordi suffusum sanguinem. 1. Tusc.

Abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale sit, posse reperire. In Luc.

Epicharmus.

EPICHARMI Siculi hæ sunt sententiæ, Neros atque artus sapientiæ, non temere credere, de Petitione consulatus. unde illud 1. Epist. ad At. $\nu\eta\phi\epsilon, \kappa\iota\ \mu\acute{\epsilon}\mu\nu\alpha\sigma\omicron\ \acute{\alpha}\ \pi\iota\sigma\acute{\epsilon}\iota\nu, \acute{\alpha}\ \theta\epsilon\theta\alpha\tau\alpha\ \upsilon\tau\alpha\ \tau\eta\ \phi\epsilon\nu\omega\mu.$ Item illud, Emori nolo, sed me esse mortuum, nihili æstimo 1. Tusc.

Hera

PHILOS

HERACLIDIS
telis, Pythagoræ
pfit modo mundum, tum
stellis diuinitatem tribu
mutabilem esse uult. In
deos 1. de Nat. Deor.

HERACLITUS
cōsolto dixit obscurum
Dixit uniuersos Epichar
cipem suum Hermippo
Nemo de nobis unquam
apud alios sit. 5. Tusc.
animum ignem.

HERILLVS
nom esse tenuit, nec rem
2. 4. & 5. de Finib.

HIERONYMUS
sequi uideri uolebat, in
posuisset non dolere, h
Finibus.

METRODORUS
pientis nomen hanc pro
ro, tantum beneficium
ferre uerbis cum corpus
ita futurum. 2. de Finib.

Heraclides

HERACLIDES Ponticus Platonis, Speusippi, Aristotelis, Pythagoræorumq; auditor fuit & discipulus. In libris scriptis modo mundum, tum mentem diuinam esse errantibus etiam stellis diuinitatem tribuit, sensuq; deum priuat, & eius formam mutabilem esse uult. ibidemq; rursus terram & coelum refert in deos 1. de Nat. Deor.

Heraclitus.

HERACLITVS cognomento scotinos, de natura cōsultò dixit obscure, nequid diceret, intelligere quisquam posset. Dixit uniuersos Ephesios esse morte multandos, quod cum principem suum Hermodorum ciuitate expellerent, ita locuti sunt. Nemo de nobis unus excellat, sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. 5. Tusc. Censuit ignem esse principium, in Luc. & animum ignem.

Herillus.

HERILLVS Zenonis auditor scientiam summum bonum esse tenuit, nec rem ullam aliam per se expetendam. In Luc. 2. 4. & 5. de Finib.

Hieronimus.

HIERONYMVS Rhodius cum à Peripateticis, quos sequi uideri uolebat, in ijs rebus, quæ secundam naturam essent, posuisset non dolere, hoc summum bonum esse dixit. 2. & 5. de Finibus.

Metrodorus.

METRODORVS Chius penè alter Epicurus fuit, sapientis nomen haud professus, sed cum ita appellaretur ab Epicuro, tantum beneficium repudiare noluit. Beatum esse describit ijs ferè uerbis. cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum, 2. de Finib. in Luc. 3. Offic. 2. & 4. Tuscul.

Parmenides.

Ff 4 Par-

PARMENIDES xenophanis discipulus duas in Physi-
cis causas statuit, ignem & terram, & illum quidem opificis,
hanc uerò materiae rationem habere censuit. In Luc. & 1. de Na-
tura deor.

Commentitium quiddam coronæ similitudine efficit. Stephe-
nem appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum,
quem appellat Deum, in quo neq; figuram diuinam, neque sensum
quisquam suspicari potest. multaq; eiusdem monstra, quippe qui
bellum, qui discordiam, qui cupiditatem, ceteraq; generis eiusdem
ad Deum reuocat, quæ uel morbo, uel somno, uel obliuione, uel ue-
rustate delentur. eademq; de sideribus.

Perseus.

PERSEVS Zenonis auditor, eos dicit habitos esse deos, à
quibus magna utilitas ad uitæ cultū esset inuenta, ipsasq; res uti-
les, & salutare deorū esse uocabulis nuncupatas. ut ne hoc quidē
diceret, illa inuenta esse deorum, sed ipsa diuina. 1. de Nat. deor.

Pherecydes.

PHERECYDES Syrus Pythagoræ magister, primū
quod literis extet, dixit animos hominum esse sempiternos. Is cum
uidisset aquam è puteo haustam, terræ motum dixit futurum. 1.
Tusc. & 1. & 2. de Diuin.

Pittacus.

PITTACVS qui in septem sapientibus est numeratus, o-
mnino accedere quenquam uetabat in funus aliorum. 1. de Leg.

Pisistratus.

PISISTRATVS primus Homeri libros cōfusus antea,
sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. 3. de Orat.

Posidonius.

POSIDONIUM ferè semper, cum de eo loquitur, fami-
liarem suum appellat Cicero. De Natura deorum libros scripsit,
in quorum quinto disseruit, nullos esse Deos Epicuro uideri.

Præterea

Præterea quinque de
gula conuersiones idem
stellis errantibus, quod
bus. Censuit uerò
In natura signa que
Omniem uim diuinam
deinde à fato, deinde à
Tribus modis deorum
preuideat animus ipse p
atur altero, quod plene
tanquam insignitæ nat
cū dormientibus collig
te morte, ut animi fun
Nihil esse bonum, n
esse malum, ibidem.

minum uitæ, deorum in

vel maximus, cum in pra
fuit, neque ut non fuit, aut
be atque agro est extermin
fi. Tenuit id cuiq; uerum
a. de Nat. deor.

Elm
ma exequit, nihilq; ut
reliquit & introduxit ap
sepiens omni perturbatione
hoc potius quam illud

Præterea quinque de diuinatione. & spheram effecit cuius singule conuersiones idem efficiebant, in Sole & Luna, & in quinque stellis errantibus, quod efficitur in cælo singulis diebus & noctibus. Censuit uero

In natura signa quædam esse rerum futurarum. 1. Off.

Omni uim diuinandi, rationemq; primum repetendam à deo, deinde à fato, deinde à natura. 1. de Diuin.

Tribus modis deorum appulsu homines somniare uno, quod præuideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur altero, quod plenus aer sit immortalium animorum, in quibus tanquam insignitæ notæ ueritatis appareant tertio, quod ipsi dii cū dormientibus colloquantur idq; facilius euenit appropinquante morte, ut animi futura augurentur. 1. de Diui.

Nihil esse bonum, nisi quod honestum. 2. Tusc. dolorem non esse malum, ibidem.

Prodicus.

PRODICVS Chius Physicus ea, quæ prodesse hominum uitæ, deorum in numero habita esse dixit. 1. de Nat. deo.

Protagoras.

ABDERITES Protagoras Sophistes temporibus illis uel maximus, cum in principio libri sic posuisset de dijs, neque ut sint, neque ut non sint, nihil habeo dicere, Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus, libriq; eius in concione combusti. Tenuit id cuiq; uerum esse, quod cuique uideatur. In Luc. & 1. de Nat. deor.

Pyrrho.

PYRRHO Eliensis, à quo Pyrrhonij nominati sunt, omnia exæquauit, nihilq; uirtute constituta, quod appetendum sit, reliquit & introduxit apatheian, id est uacuitatem affectuum, ut sapiens omni perturbatione liberatus, nihil appetat, nihil fugiat, nec hoc potius quam illud sequatur, sed omnibus in rebus indiffe-

Es 5 reter

rentur, & sine ullo affectu se habeat. In Luc. & 3. & 4. de Fin.

Simonides.

DE Simonide poeta non solum suavi uerum etiam docto sapienteque cum quesuisset Tyrannus, quid, aut qualis esset deus, deliberandi causa sibi unum diem postulauit. Cum idem ex eo postridie itidem quaereret, biduum petiuit. Cum saepius duplicaret numerum dierum, admiransque Hyero quaereret, cur ita faceret, Quia quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res uidetur obscurior. Cum enim multa uenirent in mentem acuta atque subtilia, dubitans quid eorum esset uerissimum, desperauit omnem ueritatem. Primus memoriae artem protulit, de quo uide 2. de Orat. & 1. de Diuinat.

Solon.

SOLO N Atheniensis unus est septem sapientibus fuit, & ex ijs solus legum scriptor. Viguit Seruio Tullo regnante qui quo & tutior uita esset, & plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulauit. Areopagitas praeterea primus constituit. Negabat uelle mortem dolore amicorum, lamentisque uacare. Dicebat tum denique iudicari beatus ne quis fuerit, cum extremum uitae diem morte confecerit & capite sanxit, si qui in seditione non alterutrius partis fuisset. 10. Epist. ad Atticum. 15. ad Brutum, & de Senect. 1. Off. de Diuin. & 3. de Finib.

Stilpho.

STILPO, uel rectius Stilpho à Cicerone in Academicis dicitur, qui non solum Megarensis fuit, uerum etiam secta Megaricus. Nam Megarici quaedam philosophi ab Euclide sunt appellati. Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse neque hoc scribunt uituperantes, sed potius ad laudem uitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina, ut nemo unquam uinolentum illum, neque in eo uestigium libidinis uiderit. de Fato.

Strada

PHILO

LAMPSAC
scam se uoluit in qu
per pauca de moribus
ipsum ieiunior. Conca
es, quae desideratur de
Scripsit sane & multa
tatem oratio non habet
diuinam in natura ce
gendi mouenda ue ha
Luc. & Acad. 5. de

THALES M

liquos consensisse fere
busdam uidetur. In
retque etiam philosoph
facere posse, omnem
Milesio cecasse dicta
entia, olearum abert
folis, quae Astiager reg
dixit esse initium reru
cuncta fingeret. In L
& 3. de Oratore.

XENOPHA

diceret, diuina
tari in Luna, eamque
de Luccullo.

ZENO Ep

lare Epicureus

Strato.

LAMPSACENSIS Strato Theophrasti auditor Physicum se uoluit in quo etsi magnus est, tamen noua pleraque, & per pauca de moribus. Huius Lyco & oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. Concinnus demde, & elegans huius Aristo. sed ea, quæ desideratur à magno philosopho grauitas, in eo non fuit. Scripsit sanè & multa & polita sed nescio quomodo auctoritatem oratio non habet. Dixit uacationem deos habere, & uim diuinam in natura censuit esse sitam, quæ caussas gignendi, augendi minuendi ue habeat, sed careat omni sensu & figura. In Luc. & Acad. 5. de Finib. & 1. de Diuin.

Thales.

THALES Milesius unus è septem sapientibus, cui sex reliquos consensisse ferunt, primus de natura rerum disputasse quibusdam uidetur. Is ut obiurgatores suos conuinceret, ostenderetq; etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam etiam facere posse, omnem oleam, antequam florere cœpisset, in agro Milesio cecasse dicitur. Animaduertat fortasse quadam scientia, olearum ubertatem fore, & quidem primus defectionem solis, quæ Astiage regnante facta est, prædixisse fertur. Aquam dixit esse initium rerum deum autem eam mentem, qui ex aqua cuncta fingeret. In Lucul. 1. de Natur. & 1. & 2. de Diuinat. & 3. de Oratore.

Xenophanes.

XENOPHANES Colophonius unus, qui deos esse diceret, diuinationem sustulit funditus. Putauit habitari in Luna, eamq; esse terram multarum urbium & montium. In Lucullo.

Zeno Epicureus.

ZENO Epicureus, quem Philo Corypheum appellare Epicureorum solebat, Athenis docuit. Is non eos
solum

solum qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceterosq; figebat ma-
ledictis, sed Socratem ipsum parentem philosophiæ, Latino uer-
bo utens, scurram Atticum fuisse dicebat. Contendere & magna
uoce dicere solebat eum esse beatum, qui præsentibus uoluptati-
bus frueretur, consideretq; se fruiturum aut in omni, aut
in magna parte uitæ, dolore non interueniente.

3. Tusc. & 1. de Nat. deo.

TABVLA OPINIONVM

de summo bono ex 5. Tuscul. &
2. de Finibus.

Sententiæ de bonorũ & malorũ finibus, quæ stabilitatis aliquid ha- bent, sunt septem.	Qua- tuor simplici- ces.	Nihil bonum, nisi honestum.	} Stoici à Zenone profecti. pa. 398 407. 412.
		Nihil bonum, nisi uoluptatem.	
		Nihil bonum, nisi frui primis bonis à natura datis, aut omnibus, aut ma- ximis.	} Carneades. pa- gin. 430.
		Nihil bonum, nisi uacare dolore.	
	Tres mixtæ.	Tria bonorum genera Animi, corporis, externa.	} Academici & Peripatetici ue- teres. p. 395. 396
		Voluptatem cum honestate copulari.	
		In indolentia ho- nestati adiecta	} Diodorus Pe- ripateticus. pag. 435.

Ex secundo
de Finibus se-
ptem quoque

ARISTONIS

nuerunt sententiæ, imp-
disputandi de officio, fr-
ad officij inuentionem a
primo sententiæ de sum-
sex tantum celebratas
probatas, suauitate, faci-
te sunt & defensione à
uoluptatem, honore
in ueterum illoru
rit, que in re-
spectu

Tres honestatis species	Aristippi uel Epicuri. Hieronymi. Carneadis.	}	Voluptas
			Doloris
			uacuitas
Ex secundo de Finibus septem quoque	Tres in quibus uirtus & honestas cum aliqua accessione ponuntur.	}	Palemonis.
			Calliphontis.
			Dimomachi.
			Diodori Peripatetici.
Vna simplex posita in decore tota & honesto.		}	Zenonis
			Stoicorum patris.

ARISTONIS, Pyrrhonis, Herilli, nonnullorumq; euanuerunt sententiae, inquit Cicero, qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officij inuentionem aditus esset. Aristoteles Ethicorum libro primo sententias de summo bono aliter distinxit, & generatim sex tantum celebratas & defensas posuit tres uulgares & improbatas, suauitatem, facultatem, scientiam tres alias, quae retentae sunt & defensae à uoluptarijs, magistratibus, platonice uoluptatem, honorem & ideam. Ex quo intelligitur qualis ueterum illorum philosophorum philosophia fuerit, quae in eo à quo orta est, & quod unum spectare, & sequi debet, tam uariè feratur.

INDEX RERVM AC VERBORVM HVIVS OPERIS.

A bsolutum nihil. 24 II	Aggressio	252 49
Abstinentia 91 54	Agricultura	200 165
Accusator 195 161	Albedo	264 21
Acquisitio 350	Aliena uidere	189 146
Actionis principium 384	Ambitio	115 72 340 67
Administratio 252 47 & seq.	Ambulatio	220 21
Adolescentia 181 132	Amor	201 197 290 11
Adde Iuuentus 314 30	Amor sui	296
Adolescentum libido 258 87	Amor & amicit.	98 63
Adolescens moriens 258 86	Amicitia	190 149 279 4
Adolescens senum præceptis		313 22
gaudet 258 85	Amicus	241 127 & seq.
Adolescens senilis 258 84	Amici	219 11
Adolescens bonæ indolis 158 85	Amici non negligendi.	180
Adulator 297		130
Adulatio 106 64 260 95	Amicus in quibus nullus	254
340 68		59
Aduersa 199 163	Amici ueteres præferendi	260
Aedificij destructio 258 83		94
Aegritudo 296	Amicus falsus	259 93
Aegrotus 241 124 247 19	Amicitia	237 105 & 3 seq.
257 78	Amicitia proprium	260 95
Aemulatio 296	Amicitia cur expetenda	259 91
Aequalitas 313 21	Amicitia pestis	260 95
Aetas 259 88	Amissione rem cognoscimus	
Aetas 181 132		154 118
Aetas breuis 269 46	Amissum	236 101
Aeternitas Ibid.	Animus	83 49 251 43 &
Ager 250 35 & seq.	seq. 267 40 & 2 seq. 300 3	

Anima

Anima Dñs sparsa
 Anima Deo ingenera
 267 36 37 38
 Animi libertas
 Animi retinendus
 Animi spes
 Animi mollis Ibid.
 Animi bona
 Animi sempiternus
 Animi corpore decessit
 60
 Animi immortalitas
 Animi leuis
 Animi appetit.
 Animi se non uidens
 Animi relaxatio
 Animorum uarietates
 Animi celeritas
 Animi defessus
 Animi præstantior cor
 264 22
 Animi sine fide
 Animare
 Appetitio boni
 Appetitus rationi obedi
 88 51
 Aqua
 Architectus
 Arma legibus contraria
 34
 Ars
 Ars natura certior
 252 47 51
 Arrogantia

I N D E X.

<i>Anima à Dijs sparsa</i>	265 26	<i>Aruspex</i>	237 103
<i>Animus à Deo ingeneratus</i>		<i>Auaritia</i>	204 177
267 36 37 38		<i>Auaritia uitanda</i>	266 31
<i>Animilibertas</i>	296	<i>Auari</i>	257 74
<i>Animus retinendus</i>	272 69	<i>Auarus</i>	251 40
<i>Animi spes</i>	296	<i>Audacia</i>	229 66
<i>Animus mollis Ibid.</i>		<i>Audire</i>	207 182* 208 186
<i>Animi bona</i>	301 4	<i>Audire optima</i>	386
<i>Animus sempiternus</i>	271 59	<i>Auri periculum</i>	259 92
<i>Animi è corpore decedētis</i>	271	<i>Aurum</i>	227 57
60		<i>Actor</i>	230 71
<i>Animi immortalitas</i>	272 64	<i>Auctoritas</i>	119 75
<i>Animus leuis</i>	257 75	<i>Auxilium</i>	190 147
<i>Animi appetit.</i>	253 54	B.	
<i>Animus se non uidens</i>	258 82	<i>Beatus</i>	144 109* 219 10*
<i>Animi relaxatio</i>	186 137	228 62	
<i>Animorum uarietates</i>	253 55	<i>Beatus bonus</i>	218 18
<i>Animi celeritas</i>	267 38	<i>Beatitudo</i>	272 66
<i>Animus defessus</i>		<i>Bellum</i>	211 198 & 333 49*
<i>Animus præstantior corpore</i>		371	
264 22		<i>Bellum ciuile</i>	210 199
<i>Animus sine fide</i>	254 59	<i>Bellum renouatum</i>	257 78
<i>Animare</i>	222 40	<i>Bellicæ res an urbanis præstent</i>	
<i>Appetitio boni</i>	11 3	40 26	
<i>Appetitus rationi obedient</i>		<i>Nihil refert quàm cito si sat be-</i>	
88 51		<i>ne</i>	25 12
<i>Aqua</i>	240 121	<i>Beneficium</i>	110 67* 240 120
<i>Architectus</i>	257 80	& sequent.	234 89* 240
<i>Arma legibus contraria</i>	52.	121* 317 28	
34		<i>Beneficus</i>	259 91
<i>Ars</i>	252 47* 316 25	<i>Beneficentia</i>	293 14
<i>Ars natura certior</i>	181 151	<i>Beneuolentia</i>	384
<i>Arrogantia</i>	117 73	<i>Beneuolentia fidelis</i>	259 92
		BONUS	

INDEX.

Bonus	245. 8	Coniectura	189 145
Bonum	142.107*244.3	Consanguinei	388
Bestia	157 76	Consilium & prudentia, an ar-	
Bonus beatus]	218 20	mis & rebus bellicis præfe-	
Bonus uir	143 108	rantur	39 26
Bono nihil mali	273 73	Contentus	203 172
Bona	229 65	Corpus 247 2*247 16*249	
Bos	249 26	29 & seq.	
	C.	Corpus mortale	271 59
Celestia	269 44 & 48	Corporis partes	159 in cap.
Calamitas	170 124*286 9	Homo.	
Calumnia	353	Corporis dissimilitudo	254 55
Canis	249 26	Corporis ualetudo	201 166
Carendo rem cognos.	154 118	Corporis pulchritudo	259 89
Casus	297	Corruptela	336 56
Cauillatio	295	Corrupti	251 72*240 116
Celeritas	267 38*295	Conscientia	141 106*236
Circumstantia	367 122	98*297	
Citharædus	246 14	Conseruatio	209 194
Ciuitas 56 37*244 3*263 10*		Consiliarij	386
285 386		Consilium	40 26*241 121*
Ciuitas seditiosa	249 32	315 23	
Ciuis	56 38	Consiliū rem præcurrat	41 27
Ciues	218 9	Consilium quorundā sinistrum	
Clementia	97 62	43 28	
Cœna	228 61	Consuetudo	152 115
Comitas	310 14	Contentio	187 137
Comitia	255 63	Continentia	267 33
Commendatio	249 27	Credendum quibus	125 74
Commodum	245 5*389	Credulitas	238 109*297
Commune	256 67	Crimen falsum	255 62
Concordia	297	Cupiditas	350
Condimentum	221 26	Cygnus.	256 71
		Debitum	

D

Debitum
Decertatio
Decus
Deformitas
Deliberatio
Desiderata delectare
Detrectatio
Deus 6 1 221 29
 244 1 298 1.
Deos beatos
A Deo principium
 262 2. 3.
Ex Deo felicitas
Deus omnium rerum
 tor 262 7 & 4
Deus animam spargit
Deum agnoscere
Dei administratio
Deum habendum
Deus albedine delectat.
Dei pietas ibid. 19
Dei potestas
Dei numine omnia fun-
 16.
Contra Deum non di-
 lum ibid. 17
Deum esse
Deus quid
Dei uita
Dialectica 229 67
Dialectica et Rhetorica
 deum differentia 34

INDEX.

D			
Debitum	III 68	Dicere	293 52
Decertatio	386	Dicere optima	386
Decus	259 89 * 296	Dicendo difficile ut omnibus sa-	
Deformitas	239 112	tisfaciamus	194 159
Deliberatio	359	Dilectio partus	13 5
Desiderata delectare	257 77	Dilectio sui	11 3
Detrectatio	244 5	Diligentia	237 100 * 367
Deus	6 I * 221 29 & sequ.	Discendum	323 32
	244 I * 298 I.	Discordia	296
Deos beatos	264 15	Disertus	235 94 * 239 112
A Deo principium sumendum		Diues	203 173 * 204 175 *
	262 2. 3.	Diuitiae	204 176 * 281 5 *
Ex Deo felicitas	ibid. 4 5		327 42
Deus omnium rerum modera-		Diuitiarum contempt.	115 7E
tor	262 7 & 4 sequent.	Diuinum	229 64
Deus animam spargit	265 26	Docilis	297
Deum agnoscere	263 11	Doctrina	247 19 * 343
Dei administratio	ibid. 13	Docti proprium	38 22
Deum habendum	265 24	Doctus inuisus, nisi probus	39
Deus albedine delect.	264 21		24
Dei pietas	ibid. 19 & sequ.	Dolor	179 128 * 207 181 *
Dei potestas	ibid. 18		234 86 * 251 42
Dei numine omnia fiunt	ibid.	Dominium	288 10
	16.	Domus	212 205
Contra Deum non disputan-		Domus seditiosa	249 32
dum	ibid. 17	Donum	239 11K
Deum esse	263 12	E.	
Deus quid	ibid. 14	Eloquentia	35 18 * 37
Dei uita	264 15		19 * 316 24
Dialectica	229 67 & sequ.	Eloquens	235 94
Dialecticae et Rethoricae quae-		Emptio	208 190
dam differentia	38 21	Emptor	39I
		Errans	241 12E

Gg

ERROR

I N D E X.

Error	334 52	232 76' 233 83' 239 113'
Eruditio	294 15	242 128' 252 48' 284 8'
Equus	254 58	331 45
Equi	250 37	Fortuna prospera & aduersa
Equus indomitus	254 58	173 125
Exemplis quorum moueamur		Fortunæ telis subiecti 270 54
195 160		Fructus 254 61
Exercitatio	246 12' 327 40	Fuga 233 69
Exercitium	283 6' 327 40	Fundamentum 384
Exilium	123 81	Fur 256 99
Expetendarum rerum tria genera	79 46.	Furtum 208 189
F.		Fortuna ineuitab. 137 99
Facinorosi	257 74	Futurorum ignorantia 154
Facinus	255 61	117.
Factum	233 77' 293 14	G.
Facta probant, non uerba	127	Gemma 253 58
89		Gloria not. laus.
Factum, infectum non	137	Gloria 62 41' 295' 246
100		13'
Fama	124 82' 326 39	Gloria falsa 257 75
Fames	257 76	Gloria iusta eodem numero
Familiaris res	237 104	Gloriosus 231 40
Felicitas	308 11	Grammaticus 248 20
Fictio	226 86	Gratia 258 75
Filius	208 185	Aliud pecuniam debere aliud gratiam 111 68
Flagitium	241 123	Gratiarum actio 110 67
Fœnus	237 104	Gubernator not. Administra.
Formæ dissimilitudo	254	H.
55.		Habitus 221 25
Fortitudo	112 70' 268 42'	Hæreditas 206 179
306 10' 366		Hirundo 260 91
Fortuna	173 126' 221 31'	Histrion 248 21 & sequ.
		Homo

Homo 154 119'
 26' 299 2
 Homo iustus
 Homo spectabilis
 Hominis notitia
 Homo supernarum
 265 28 29 30
 Homo exanguis
 Homo indoctus
 Homo seditiosus
 Hominis dissolutio
 Homo ferox
 Homo effrenat.
 Hominis naturæ exco
 Homo effrenatus
 dis 236
 Homines boni
 Hominum diuersa
 dicitia
 Hominis calamitas
 Honestum 72 4
 Honestas uita
 Honor 219 17
 327 41
 Hostis
 Humanitas
 Humanarum contem
 47 usq; ad 53
 Humana ferenda
 L
 Ignauia
 Ignorare futura
 Ignoscendum

I N D E X.

Homo	154 119' 220 22' 249	Immortalis	233 78' 242 130
	26' 299 2	Impetrare petita	236 99'
Homo iustus	351		240 119
Homo spectabilis	266 27	Imperator	44 30' 246
Hominis notitia	265 23		12' 364
Homo supernarum spectator		Imperatoris cohortat.	254 65
	265 28 29 30	Imperium	325 37
Homo exanguis	255 66	Impius not. improbus	
Homo indoctus	254 58	Impius	147 111
Homo seditiosus	255 64	Impiorum beneficium	148 112
Hominis dissolutio	258 83	Impius iure occiditur	149 113
Homo ferox	247 17	Improbitas	337 59' 352
Homo effrænat.	250 37	Improbus	218 8' 220 20'
Hominis natu. excell.	267 33		273 74 usq; ad 77
Homo effrænatus rebus secundis	236 99	Impunitas	337 60
Homines boni	272 65	Incertitudo	270 53
Hominum diuersa studia & iudicia	164 120	Indignus maioribus	239 110
Hominis calamitas	286 9	Infamia	250 36' 337 58
Honestum	72 45' 218 14	Ignis	241 121' 255 62
Honestauita	90 53	Ingeniosus laboriosissimè docet	
Honor	219 17' 242 131'		39 23
	327 41'	Ingenium	193 156' 239
Hostis	57 38		112' 249 29
Humanitas	97 62	Ingenij acies	267 40
Humanarum contemptio	269	Ingenuus	208 187
	47 usq; ad 53	Ingratitudo	293 14
Humana ferenda	176 127	Ingratus	112 69
I.		Inimicus	188 143.
Ignauia	283 6' 368	Iniuria	336 57
Ignorare futura	154 117	Iniustitia	266 31
Ignoscendum	187 140	Innocentia	313 20
		Innocens quis	258 81
		Inuidia	232 95' 339 66

Gg 2. Ina

I N D E X.

Intellectus	207 182	Legum uiolator	389
Ira	133 96' 230 69' 335 51'	Legis æqualitas	388
	369	Liberalis	259 91
Iudices	240 116	Liberalitas	107 65
Iudex & quæ sint eius partes		Liberi	371
	53 35	Libertas	121 79' 325 38'
Iudicium	18 7		242 130
Iudicia diuersa	165 120	Libido	259 87' 266 31
Iudicium alienum sequendum		Libidinosi	259 74
	259 90	Litterarum laus & utilitas	
Iuramentum	234 85		19 8
Ius ciuile	51 33	Non esse in litteris desperan-	
Iusurandum	354	dum	21 10
Iustitia	95 60' 218 12' 308	Locus ab homine honestatur	
	12' 349		213 205
Iustus	351	Loquacitas	337 62
Iuuenes ardentes	255 65	Locutio	226 54
Iuuentus	317 30	Loqui de nobis uitandum	131
Iuuentus senum prudentia ni-			92
tatur	186 135	Luctus	235 90
Iuuentu tiludus permittendus		Lusus	253 52
	183 134	Luxus	335 55
		Luxuria	266 33
		M	
Labor	235 96	Magistratus	45 31' 388 &
Lesio	139 104' 257 79		389
Letitia	251 45	Magnanimitas	112 70
Latro	257 76	Magnum	248 24
Laus	213 206 & seq. 217 8'	Maledicentia	339 63
	233 80' 257 74	Maledictum	203 170
Laus à laudato	217 3	Malè parta	187 139
Lectio	253 51	Malum	244 3' 254 57
Lex	49 32' 244 2' 245 8'	Malus	233 81
	246 11' 320 35' 345		

Mansuetudo
 Mare
 Mare agitatum
 Matronæ
 Maximum
 Medicus 213 204'
 248 19' 250 36
 Medici scientia
 Medici diligentia
 Medicina
 Mediocritas 94 51
 Melius
 Membrum 244 5' 245
 17 & seq. 253 54
 Memoria 137 101'
 216 1 & seq. 318 32
 Mendacium 126 67
 339 64
 Mens 244 2' 252 50'
 Mens perfecta
 Meretrix
 Metus 135 97' 241 11
 81
 Metus est plerumq; graui
 res ipsa que timetur
 98
 Miles 251 42'
 Militaris ars
 Miser
 Miserum
 Misericordia
 Moderatio
 Meror
MAN

I N D E X.

Mansuetudo	310 14	Morbus	ibid. 86° 251 39 &
Mare	254 59		41
Mare agitatedum	255 64	Morbo leuati	257 78
Matronæ	252 46	Morboſi ſuauitatem non ſenti-	
Maximum	202 169	unt	257 74°
Medicus	213 204° 246 13°	Mores	328 43
	248 19° 250 36	Mores corrupti	149 114
Medici ſcientia	252 47	Mores creſcunt cum ætate	181
Medici diligentia	ibid. 49		131
Medicina	245 11	Mors	68 42° 71 43° 219 16°
Mediocritas	94 58° 312 19		223 39° 224 41 & 42 cum
Melius	202 168		ſex ſeq. 234 86° 270 52° 272
Membrum	244 5° 245 9° 247		67 uſq; ad 73
	17 & ſeq. 253 54	Mors quibus horribilis	271
Memoria	137 101° 192 153°		57
	216 1 & ſeq. 318 32	Mori an melius	270 55
Mendacium	126 87 & 88°	Mors in malis	254 57
	339 64	Moriendum cū uoluptate	257
Mens	244 2° 252 50° 267 39	Mortalitas	271 58
Mens perfecta	267 37	Mulier	207 184
Meretrix	252 46	Mulier quando oleat	257 73
Metus	135 97° 241 125° 258	Munus	239 111
	81	Munera	336
Metus eſt plerunq; grauior quã		Muſæ	235 93
res ipſa quæ timetur	136		
	98	N.	
Miles	251 42° 322 48	Natiuitas	18 129: 209
Militaris ars	39 25		194: 232 74: 245 9
Mifer	146 110	Natura	9 2: 239 113:
Miferum	170 124		252 44
Miſericordia	240 117	Naturæ facultas	262 5
Moderatio	312 19	Naturæ dona	266 31
Moror	234 90		
		Gg	3
			Natio

I N D E X.

Natura utilior doctrina	191 150	Oculus se non uidens	258 82
Naturæ similitudo	190 149	Odium	212 202:241 125:370
Natura appetitio.	258 80	Officium	246 13
Natura dux	166 121	Semper manendum in officio	89 52
Nauigium	245 6: 245 10	Onus	210 195:251 43
Navis destructio	258 83	Opifices	226 53
Necessitas	208 188	Opinio	119 76
Negligentia	385	Oratio, Not. Verba	
Negotiorum princip.	385	Oratio	219 18: 220 22: 257 73: 317 26
Nimium	296	Orator	38 20:254 56: 362
Nobilitas	209 193	Otium	235 95:335
Nominum mutatio	256 180		P.
Nosco	221 27	Palestra	246 12
Nostrum quid	206 180	Panis	228 60
	O.	Parsimonia	267 33
Obedientia	311 18	Parens	222 34
Occasio. hic titulus cum una linea sequente positus in fine folij 335. tit. 56. debebat collocari initio folij 334 tit. 50		Parentes non negligendi	180 130
Oculi	288 13	Parentes obseruandi	15 6
		Partus	135
		Pater	208 185
		Patria	218 II: 220 24: 224

224 42: 233
 33: 365
 Patriam confer
 272 63
 Patria & Resp.
 Patria Not. Resp.
 Pauper 203 17
 178
 Paupertas
 Pax 211
 Peccatum 24
 77 & seq. 3
 Non peccandum
 Pecunia Not. A
 Pecunia 204
 4: 226 56:
 239 116
 Aliud pecuniã
 uã gratiam
 Perdere 236
 seq.
 Peregrinatio
 Perfidia
 Perpetuum nã
 Pertinacia
 Petulantia
 Philosophia

I N D E X.

224 42: 233 82: 318	Philosophiæ utilitas	31
33: 365		17
Patriam conseruandam	Philosophus	248 20
272 63	Pictor	253 52
Patria & Resp.	Pictores	259 90
58 39	Pietas	97 61: 226 64
Patria Not. Resp.	Pœna	198 162: 223
Pauper		35
203 174: 205	Pœnitentia	274 79
178	Populus	120 78: 365
Paupertas	Populus pacatus	255
281 5		64
Pax	Potestas	387
211 197 371	Preces	209 190
Peccatum	Præceptores	55 16
248 22: 273	Proœlium	251 42
77 & seq. 3	Premium	138 102: 197
Non peccandum		162: 223 35
93 56	Præuidentia	242 129:
Pecunia Not Aurum.		269 45
Pecunia	Principes	43 29: 219
204 176: 217		9: 239 114: 247 15:
4: 226 56: 231 72:		321 36
239 116	Principium	192 154
Aliud pecuniã debere ali	Principium à dijs immor-	
ud gratiam	talibus	262 2. 3
111 68	Probitas	304 8
Perdere		Probus
236 101 &		
seq.		
Peregrinatio		
62 40		
Perfidia		
339 65		
Perpetuum nihil		
171 124		
Pertinacia		
117 74		
Petulantia		
258 87		
Philosophia		
343		

I N D E X.

Probus	217 8	35: 242 130: 245 68
Prodesse	139 104	10 II: 244 3 4: 247
Prodigus	109 66	16 & 18: 319 34: 354
Promissa seruanda	140	Reipub. nati 180 129
105		Resp. & patria 58 39
Proprium	206 180	Resp. quibus constet 197
Prospera	199 163	162
Prudentia	31 16: 40 26:	Rhetorica 229 67 &
268 40: 276 2: 305		sequent.
9: 343		Rhetoricæ & Dialecticæ
Pudicitia	311 17	differ. 38 21
Puero gladium	255 66	Rogare 208 186
Pugna	238 73	Rumor inanis 256 75
R.		S.
Rara præclara	193 157	Sapiens 245 8: 252 48:
Ratio 87 50: 88 51: 119		318 31
75: 261 54		Sapientis laus & sapien-
Receptum 236 101 &		tia commendatio 25
sequent.		13
Rectum	232 77	Sapientia 208 10 12 &
Regnum	387	seq: 234 84: 249 27
Religio	229 64	& seq. 252 72
Repen tina grauiora 153		Sapiëntia præsentibus con-
116		tenta 256 72
Res uerbis anteponendæ		Scientia 218 12: 294
330 44		15
Respub. 217 7 & 9: 223		Scripta 239 115
		Seria

Scripta docti
 Senectus 186
 32 & seq. 21
 91: 317 29
 Senex imbecil.
 Senex adolefc.
 Senibus maturi
 aufert
 Senilis stulticia
 Sepultura 218
 37: 224 44
 Sequi que debet
 32
 Serendum
 Sermo, lege Ver
 Seruitus
 Seueritas
 Serui
 Similitudo
 Simulatio
 Simultas
 Sitis
 Sobrietas 90
 33 & seq. 31
 Socius
 Societas
 Sol

I N D E X.

Scripta docta	192 152	Solitudo	236 95
Senectus	186 136: 222	Somnus	217 5
32 & seq.	264 50 &	Spes	212 201: 331 46
91: 317 29		Stadium	254 60
Senex imbecil.	255 66	Status immutab.	251 41
Senex adolefc.	257 84	Studium	17 7
Senibus maturitas uitam		Stultus	30 14
aufert	258 86	Stultitia	30 15: 344
Senilis stultitia	258 87	Stultitia optata consecua	
Sepultura	218 19: 222	ta	256 72
37: 224 44		Supplicium	222 34
Sequi quæ debeam.	269	Surculus	240 118
32		T.	
Serendum	209 191	Taciturnitas	292 13: 369
Sermo, lege Verba		Theatrum	256 67
Seruitus	122 80	Temeritas	117 74
Seueritas	266 33	Temperantia	92 57: 251
Serui	371	38	
Similitudo	120 77	Tempestas	255 63
Simulatio	188 142	Temporis opport.	297
Simultas	337 61	Testis	202 171
Sitis	227 59	Timor	135 67
Sobrietas	90 54: 266	Tutela sui	298
33 & seq.	310 15	Turpitude fugienda	92
Socius	199 164	55	
Societas	244 5	Tyrannus	365
Sol	249 28	V.	
		Gg	5
		Valca	

I N D E X.

Valetudo	201 166	Virtutis specimē uitia ple-
Valetudo quibus iucundi-		runq; induunt 80 47
or	275 77	Ad uirtutē qui peruenire
Varietas	207 183	non possunt 254 58
Venerēa cupido	225 50	Virtus absoluta 267 37
Venerēa uoluptas	251	Vt ad uirtutem trahamur
45		269 43 (I.
Verba	330 44	Virtuti opera danda 262
Verba oport.	170 123	Quæ ad uirtutem inci-
Multis doctrina non deest		tent 295
sed oratio	131 63	Virtus hominis attendenda
Verba cur inuenta	129	da 129 90
91		Vita 248 21.22 & seq.
Verecundia 94 59: 230		& 25
66: 311 16		In uita beata quæ petenda
Veritas 125 83: 126 85:		da 252 60
241 127: 303 6: 369		Vita mollis 266 33
Vicinitas	190 148	Et benè & honestè ui-
Victoria 210 196: 212		uendum 90 53
200 & 201: 332 47		Sobriè uiuendum 91 54
Vinum	259 88	Vita recta 272 62
Vir 207 184: 217 4 5:		Vita an melior morte
245. 8		270 55 56
Virtus 71 44 & 45: 183		Vitia 221 23
133: 144 159: 232 76:		Volucres 256 70
249 28 252 46: 252		Voluntas punienda 188
46: 274: 301 5		141

Voluptas 8
133: 223
225 50
251 45
7: 335 54
Voluptas per

I N D E
ET PHI
RVM S
Cicero

A Cadr
39

Accius
Aeschines
Alcmaeon
Alexander
Anacharsis
Anaxagoras
443
Anaxarchus
Anaximenes
Anaximand

Volu

I N D E X.

Voluptas 80 48 : 183	Voluptate non fruendum
133: 223 36: 230 70:	266 34
225 50 51: 249 32:	Vsus 193 155
251 45: & 246: 283	Vulgus 334 53
7: 335 54 (61	Vultus animum detegit
Voluptas pernitiōsa 271	188 144

I N D E X A V C T O R V M
ET PHILOSOPHORVM, QVORVM
SENTENTIAE PASSIM A

Cicerone citantur: & quorum ex eodem
uitæ & decreta in postremo sexto
libello paucis describuntur.

<p style="text-align: center;">A.</p> <p style="font-size: 2em; font-weight: bold; margin-left: 0;">A</p> <p style="margin-left: 1em;">Cademici 395</p> <p style="margin-left: 1em;">396</p> <p>Accius 233 81</p> <p>Aeschines 230 71</p> <p>Alcmaeon 437</p> <p>Alexander 232 78</p> <p>Anacharsis 443</p> <p>Anaxagoras 222 18</p> <p style="margin-left: 1em;">443</p> <p>Anaxarchus 444</p> <p>Anaximenes 445</p> <p>Anaximander 444</p>	<p>Annibal 231 73</p> <p>Annicerius 442</p> <p>Antigenidas 235 93</p> <p>Antimachus 234 92</p> <p>Antiochus 433</p> <p>Antipater 445: 225 51</p> <p>Antipater Cyrenaicus 1b.</p> <p>Antistenes 445</p> <p>Apollo pythius 221 27</p> <p>Arcefilas 429</p> <p>Archytas Tarent. 230</p> <p style="margin-left: 1em;">69: 445</p> <p style="text-align: right; margin-right: 1em;">Archys</p>
--	---

INDEX. ALTER

Archyamedes	446	Cyreneus Theodorus	
Aristippus	447	224 44	
Aristonij	448	Cyrus maior	231 75
Aristoteles	418	Cyrus minor	232 76
Aristoxenus	447		D.
Asclepiades.	226 52	Darius	227 59
	B.	Democritus	440
Bias	449:229 65	Demosthenes	226 53
	C.	Diagoras	452:221 31
Cecilius	233 84	Dicearchus	452
Caius Lælius	238 110	Dinomachus	453
Caius Lucilius	239 115	Diodorus	453
Caius Pontius Samnis	238	Diogenes	436
	III	Diogenes Apolloniates	
Callipho	449	453	
Callicratides	233 79	Diogenes Cynicus	454:
Carneades	430	223 36	
Cato Censorius	237 103	Diog. Heracleotes	454
Catullus	239 116	Dionysius	227 61.
Chrysippus	423		E.
Cleantes	434	Empedocles	454
Clitomachus	450	Ennius	240 120
Crantor	423	Epicharmus	454 224
Cratippus	451	43	
Critolaus	452	Epicurei	403
Curius	227 57	Eudoxus	436
Cyreneus	442	Euripides	233 85
Cyrenaicus ibid.		Fabius	

F.
 Fabius Maximus
 H.
 Hecato
 Hector Neuianus
 Heracledes
 Heraclitus ibid.
 Herillus ibid.
 Hesiodus
 Hieronymus
 Homerus
 L.
 Isocrates
 L.
 Lacedæmonus
 232 77
 Leonidas
 Leontinus Gorg
 49
 M.
 M. Cicero 24
 131
 Marcus Crassus
 239 112
 Marcus Crassus
 114
 Marc. Antonia

INDEX ALTER

	Metrodorus 455:233 83
F.	P.
Fabius Maximus 236 101	
H.	Panetius 437
Hecato 436	Parmenides 455
Hector Neuianus 233 80	Pericles 226 55
Heraclides 455	Peripatetici 397
Heraclitus ibid.	Perseus 456
Herillus ibid.	Philippus Macedo ad fia
Hesiodus 234 88	lium 231 72
Hieronimus 455	Philo 432
Homerus 234 90	Pittacus 456
I.	Pherecydes 456
Isocrates 229 66	Pisistratus 456
L.	Plato 415 217 7
Lacedaemonius 222 40:	Polemo 422
232 77	Posidonius 456
Leonidas 222 40	Prodicus 457
Leontinus Gorgias, 225	Protagoras ibid.
49	Ptolemaeus 227 60
M.	Pyrrho 457
M. Cicero 242 130 6	Pythagoras 410: 229
131	63
Marcus Crassus orator	S.
239 112	Scauola 240 119
Marcus Crassus diues ibi.	Scipio Africanus 235 95
114	Scipio minor 237 106
Marc. Antonius 235 64	Scipio Nasica 238 109
	Silea

INDEX ALTER

Silenus	231 74	Thales Milesius	459:228
Siculus	240 118		29
Socrates	412:219 15	Themistocles	216 1
Solon	458	Theophrastus	427:225
Solon	223 32	Theramenes	224 46
Sophocles	225 50	Theseus	242 129
Speusippus	422	Themotheus Atheniensis	
Status Cæcilius	234 91		227 58
Stilpho	458		X.
Stoici	398	Xenocrates	422 226:
Strato	459		56
Symonides	458 221, 30	Xenophanes	459
T.		Xenophon	438
Telamon	225 47		Z.
Terentius	241 127	Zeno	407:229 67
Teucer	233 82	Zeno epicureus	459

FINIS INDICIS.

DVS
Ioann
bertu
excl
Ch
L

9
DVSSELDORPII

Ioannes Oridryus & Al-
bertus Busius Affines

excudebant, Anno à

Christo nato M. D.

LXII. Mense

Septemb.

NE
l, v
uo
in
pte
ppi
fa
ea,
no
di
d
m
a
is
no
aut
ect
aco
que
ne
ti
ent
win
T
lea
re
cia
n
so

ONI

m, v

quo

, in

iptu

ppi

psa

tea,

si no

ndi

a di

am

e, a

et, v

nis

, no

aut

pect

a co

que

m e

rit i

ent

moi

b T


is ca

ura

eti.

in e

moi



~~Konrad Ey...~~

Nullum animal est praeter hominem.
quod habeat aliquam noticiam

Dei.
Nihil est melius, quam memoria
recte factorum & libertate
contentam nechiere humana.

Abeunt omnia, unde orta sunt.

Corpus hoc est mortale, animi
motus vero sempiternus. Pro. SEST.

JUVENALIS.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus
obitat

Fortium dixerunt, est magis mortem
contemnere, quam amare vitam.

In Deo spes mea est posita.
Christi spes mea.

PETRVS F. MARTIN



